# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metropolitano della città di Trani (dal secolo IX fino all'anno 1266)

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metropolitano della città di Trani (dal secolo IX fino all'anno 1266), documento n. 1

[Page 23]

**I.**
**Anno 834.**

In nomine Domni et secundo anno principato domni nostri viri gloriosi Sicardi dei providencia beneventane provincie principis mense Junios duodecima indictione. Ideoque ego radeprandos gastaldeus filius quondam sicoprandus gastaldei de civitate trane pro salute et mercede anime mee hoffero in episcopio sancte dei genitricis virginis marie sedis tranensis in qua domnus auderis venerabilis episcopus preexe dignoscitur ecclesiam vocabulo sancti magni tranensis episcopi quam ibse pater meus de licencia domni leopardus episcopus predecessoris tui a novo fundamine construxit in fundo suo sito ultra flumicellum ubi mausoleum bebii dicitur quatinus ab hoc die habeat et possideat ibsam ecclesiam cum omnibus rebus pertinenciis suis el neque a me neque ab heredes meis neque ab ullo quempiam hominem nunquam habeat aliquam reprehensionem bel molestacionem set perpetuis temporibus ibsa mea oblacio firma permaneat quam enim cartulam offercionis dauferius notarius scribere rogabi acta trana mense et indictione notatis.
+ Ego q. s. radeprandus gastaldeus.
+ Ego rodemundo sculdais ibi fui.
+ Ego ceroaldo me teste subscribsi.
+ Ego laurencio me teste subscribsi.
+ Ego ursemondo me teste subscripsi
+ Ego moderico me teste

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro
# Trani (dal secolo IX fino all'anno 1266), documento n. 2



**II.**
**Anno 843.**

In nomine Domni quarto anno principato domni nostri Siconolfi
mense iunios sexta indictione ideoque ego Lazzaro filius
quondam alriani de tremodie pro mercede anime datti iohannis
filius meus tradedit atque offeruit in ecclesia sancte Marie quam
fundatam exe videtur ibique in tremodie ractionabilis arrioaldi
diaconi rector ecclesie sancti pantaleonis in eorum eiusque potestate
hofferuit una vinea loco ubi reni eundem quem da iohanoe
filio anselei de Cicalio ante hos die emlam habuit et aba ibso
exinde firmata carlula scripta per alderisi notarii et testibus roborata
et invicem ea do tibi arrioaldo diaconi ibsa cartula pro
defensione de ibsa vinca ea racione ut quomodo ego et eredibus
mei cum ibsa carta ibsa vinea defensere debuimus in omnibus in
oc ordine sit le arrioaldus diaconus tuisque subcessoribus unde
nec mihi nec ad alius homine porcione non reserbabit de ibsa
vinea neque requisicione de ibsa cartula set tibi qui supra arrioaldo
diaconi tuisque subeessoribus in eadem venerabilis qui supra
locis abere et possidere baleatis de quam re promicto ut da
modo omni anno et mense et quacunqua tempore ego qui supra
lazzaro vel meis heredibus de nominata offercione causare vel retornare
presunserimus ut primitus hante omnia questio nostra sit
tacito et insuper per quidam alia tale vinea nos bobis componere
placitamus quod aput vos remelioratos fuerit homnia sub estimacione
precii restituamus et in ea racione eam cartula sit firma te
dauferius notarius scribere rogabimus acto castro Irane mense et
indictione memoratis. + ego lazzaro qui supra me subscripsi
+ ego arius qui supra me subscripsi
+Ego Adelghisi presbiler me subscripsi
+ Ego cornelius presbiler me teste subscribsi
+ Ego ruidolfo me teste subscribsi
+ Ego moderico me subscribsi

+ Ego iuliano me teste supscripsi
+ Ego sicoprando me teste subscribsi
+ Ego unzelperto me teste subscribsi
+ Ego costabilem me subscripsi
+ Ego Ucemondo teste
+ Ego ceroaldo me tes......
+ Ego teodem......

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro
# 1266), documento n. 3

[Page 25]

**III.**
**Anno 845.**

In nomine domni sexto anno principatus domni nostri siconulfus magnus princeps mense magius octaba indictione ideoque ego lamperto filio quondam ..... abitator de bico qui dicitur iuianello finibus baroletano vinundabo tibi lamprando filio quondam iuhanni hoc est in integrum homnibus rebus sustancia mea quem habuit in supermemorato loco ..... res cum solum et tectum et parietis et lignamen et platea cum hortasi et pomaria in se habente ........... holibetis aequis campis bel silbis cultum bel incultum homnia et in omnibus de quiqquid ibique mea fuerint de ipsa rebus sustancia mea nec mihi binditur neque ad nullus homine d.....llam reserbabit res cum finibus suis et trasita sua et cum inferiora homnia suo s............. binundabit possidendum unde pro ipsa mea bindicione...... precium auro beneventanorum solidorum numero undici finitum quod bero precium quatinus ab oc presenles dies abeas et possedeas tantum tum supranominato lamprando quam et tuis here-dibus et hobligo me et meis heredibus tibi qui supra bel ad heredibus bestri ab omnis homine de ipsa mea bindicione inantistare bel defendere ……. promitto quid si vobis menime inantistare potuerimus aud si nos ipse binditor pro quobit ingenio retornare quesierimus primis homnio questio nostra sit bacua et dupplo ut supradictum est precium nos vobis componere promitto et quod[Page 26]

hanc nostra bindicio per vos remeliorata fuerint omnia sub extimationem nos vobis restauremus et si de colludio pulsatis fuerimus ad sancta dei ebangelia satis nos vobis faciamus et cartula bindicionis in eo tinore homni tempore sit firma et permaneat sicut te vualferium notarium scribere rogavimus in castro tranense mense et indictione notatis. + signo me lamperto binditor qui anc cartulam fieri rogabi.

+ Ego teudelpertus me testes
+ Ego anzelfredo me teste sum
+ Ego pilemondo interfui
+ Ego Ermeprando me teste subscribsi
+ Ego fidenandus notarium me teste subscribsi
+ Ego untiperto me teste subscribsi
+ Ego bero me teste sub
+ Ego lamprando teste
+ Ego astolfo me teste
+ Ego ioanne me teste subscripsi
+ Ego argentiano me teste subscribsi
+ Ego leuciu me teste subscripsi
+ Ego laubrencio me teste subscripsi
+ Ego gundoinu me teste subscribsi
+ Ego cuniprando me teste.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro
# 1266), documento n. 4

[Page 26]

**IV.**
**Anno 915-911.**

In nomine domini dei eterni et salvatoris nostri iehsu xristi tercio anno imperii domini Constantini gloriosissimum imperatorem nostrum mense octubrio quarta indictione brebe hemissum a me teodelgrimo iudice quatenus in civitate trane ante nostra presencia venit Petrus qui et leocaro vocatur filio quondam landoni ex loco tretasi fine kanosini et cum eo venit maiulo filio quondam rattiperti ex predicto loco tretasi et pariter adstantibus ante nostra presencia sicque ipse qui supra petrus ante nostra presencia ostendit una cartula qui erat facta bicesimoquinto anno imperii domini leoni et alexandri imperatorum nostrorum mense augusti[Page 27]

quartadecima indictione scripta namque per bartholomeum notarium et roborata per testes continebat ipsa cartula ut ipse supranominatus maiulo pro anima sua dedisset inclita rebus sua in supranorninato loco tretasi eique petri ut ipsa continebat cartula set convenienda inter se facientibus predictus petrus cum supranominato maiulo Continuo ipse qui supra petrus ante nostra presencia sua bona voluntate capsavit ipsa sua cartula quam habuit a parte supranominati maiuli et capsatam ipsam remisit apud ipsum qui supra maiulo et ibique presens adstabant zaffiro qui et teodelgri mos vocatur filio quondam Grifoni imperiali protospatharii et adelprando filio quondam ralemprandi ex loco andre sicque ipse supra nominatus petrus ante nostra presencia sua bona voluntate vuadiam dedit ipsorum qui supra zaffiri et adelprandi et mediatorem eis posuit hurso filius quondam [. . . . .] ea namque racione ut si aliquando tempore ipse qui supra petrus aut illius heredes pro quavis modis vel ingenio presumpserint causare aut contendere cum ipsis supernominatis zaffiro et adelprando aut cum heredibus illorum ex rebus predicti maiuli aut si paruerit exinde munimen data cuicumque per supernominatum petrum aut si qualiscumque homo per partem supranominati petri quesierint predictis rebus que sunt maiuli ab ipsis supranominatis zaffiro et adeiprando et ipse supranominatus petrus aut illius heredes non fuerint exinde defensores illorum spopondit eis in predicta vuadia ad quam obligavit se et heredes suos dare illorum biginti solidos coostantinianos et a parte sua taciti maneant quam et ab aliis hominibus per invitis sint defensores illorum in supradicta racione et ipse supranominatus mediator tribuit eis licenciam tamdiu se pignerare per bobes et legitima pignora quousque et ipse comprehendat inclita rebus que sunt supranominati maiuli in presens aut penes eidemque et tradat illam in pigno ipsorum qui supra zaffiri et adelprandi seu heredum illorum et ipsi habeant illam sibi sicut per cartula vindicionis et ut amplius ipsum qui supra hursum non calumnietur et taliter hunc brebe scripsi ego nandolfus diaconus adque notarium et interfui.[Page 28]

+ Ego qui supra teudelgrimo iudex.
+ Ego teudelpertus testis.
+ Ego maielgardus testes.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro all'anno 1266), documento n. 5

[Page 28]

**V.**
**Anno 980.**

In nomine domini septimodecimo anno imperii domini basili, et domini Constantini imperatoribus nostris mense aprilis octaba indictione brebe recordacionis factum a me iohannes gracia dei archiepiscopus sancte sedis canusine et brundisine ecclesie. Eo quod in civitate trane ante presenciam teudelgardi abati, et testium subterscriptorum, quam et ante presenciam rigandi arcidiaconi et abati, et de alios subscriptos testes. qualiter maraldus filio iaquinti imperiali spatha candidatus ex predicta civitate trane guadiam michi dedit, et mediatorem michi posuit, risando consobrino suo filio teudelperti ex predicla civitate. Ea racione, ut a modo inantea, omni tempore, quandocumque fuerit necesse, ad ipso episcopio causare, aut contendere de ipso gualdo de silbanigra, et de ipso gualdo de sanctus victor, quod continet ipsum preceptum de eodem episcopio, sive michi, sive meisque posteris, ut mittat eodem preceptum, aput nos, ut causemus, et contendamus cum eo, et semper post finem factam, remittamus aput eos ipsum predictum preceptum salvum, et tam si ipse qui supra maraldus aut eius heredes non adimpleverint michi qui supra iohanni archiepiscopi meisque successoribus ea que superius legitur, et aliqua angustia nobis exinde fecerint pro quocumque ingenio, obligavit se et suos heredes per iam dictam guadiam, et per districtum supra nominatum mediatorem dare michi qui supra meisque posteris, centum solidos conslantinianos et ea que prelegitur adimpleant illut nobis pro invitis, et ipse qui supra mediator tribuit nobis licenciam se pignerare per legitima, pignera, sua et illegitima, tamdiu usque dum perveniamus ad ea que prelegitur. et taliter hunc brebe scripsi ego gregorius[Page 29]

subdiaconus et notarius et interfui. Acto mense et indictione supranominatis.
+ Signum manus maraldi
+ Ego qui supra teodelgardus abbas
+ Ego qui supra rigandus archidiaconus et abbas
+ Ego mirandus subdiaconus.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro 1266), documento n. 6



**VI.**
**Anno 1006-983.**

In nomine domini quadragesimotercio anno imperii domini basyli et domini constantini imperatoribus nostris mense iuiio quarta indictione, brebe emissum a me smaragdus iudex ex civitate trane. Quatenus dum essem intus eadem civitate et mecum adessent alii nobiles qui subter ascripti sunt, tunc venit simeon prototabularius et hostendit una cartula quem suscipientes releximus et erat continentem: in nomine domini dei eterni et salvatoris nostri ihesu xristi vicesimo anno imperii domini basyli. et domini constantini imperatoribus nostris mense marcius undecima indictione. Ideoque ego musando filius maraldi ex civitate trane, Clarefacio quia habeo quinquaginta octo urdines de vinea non multum longe a prephata civitate, in ipso cluso da ipso flumicello, et pertinunt michi eadem urdines de vinea partem vicariacionis ut cartula mea continet, et congruum est michi qui supra musandi illos venumdare. bona enim mea voluntate, quam et ante presenciara sassoni iudicis, el de alii nobiles qui subter ascripti sunt, per fustem seu et per hunc videlicet scriptum, venundabo tibi calopetri filio iohanni qui sis commanente in eadem civitate. Hec sunt ipsi dicti quinquaginta octo hurdines de vinea in longitudo, et in latitudo sicut sunt a vinea benenati, et vinea paoni iudicis, et usque in via publica, habent autem finis ipsi iamdicli urdines: de uno capite a medio limite est vinea de filiis sassoni cannetano, de uno latere a medio limite est vinea supranominati benenati et predicli paoni iudicis, est et a medio limite aliquantulum de vinea fili filii muscati[Page 30]

diaconi, de alio capite a media fenestra est vinea de filii alephanti, de alio latere extra vallone que est qua pars perget via publica. in ista vero parte resedet uno palmento unde tibi venumdedi de quantum michi ibidem habere pertinet per iam dictam vicariacio-nem. infra iste namque finis sicut prelegitur sunt ipsi predicti urdines, quem tibi venundedi, similiter et ego mulier anatre filia ambrosii et sum uxor iamdicti musandi, dum congruum est michi venundare ipsa quarta ratione mea que legibus michi pertinet habere in ea que prelegitur quas tibi vendidit ipse vir meus per finis sicut prelegitur. tunc feci exinde noticiam eidem viro meo et ad gaisardo magistro et ad dumnando clerico et ad ambrosi qui sunt germani et filii andronici clerici qui fuit germanus meus et sunt nepotes mei, et sic una cum ipsis perreximus ante presenciam supernominati sassoni iudicis. qui me que supra mulier exinde secundum legem diligenter inquisivit. ne aliqua violencia paterer exinde a quocumque homine aut a iamdicto viro meo. in cujus presencia ego quidem manifesta sum quia nullam violenciam exinde patior a quocumque hominem, aut a iamdicto viro meo. set tantum bonam meam voluntatem hanc venditionem facere cupio, et sic per illius inquisicionem el absolucionem et consencientes michi iamdicto viro meo, et prenominati nepotes mei, quam et ipse qui supra iudex secundum statuta legis una nobiscum carta manu posita per fustem seu et per hunc videlicet scriptum, venundabo tibi prenominato calopetri. hec est ipsa predicta quarta racione mea, que legibus michi pertinet habere in ea que prelegitur quas tibi vendidit ipse vir meus per finis sicut prelegitur per ipsum meum morgingaph, quod eodem viro meo michi factum habuit sicut prelegitur, et ex predicta nostra vendicione sicut superius legitur, nec nobis qui supra nominati viroque uxor venditores, neque ad heredibus nostris, neque ad nullum quempiam hominem porcionem aut sorcionem reservabimus requirendum, set una cum inferiora et superiora cum trasita sita et exita sua et cum omnia intra se habente et cum omnia de quantum nobis habere pertinet in iamdicto palmento et pila per iam dictam vicariacionem tibi qui supra calopetri venundedimus possidendum.[Page 31]

Unde pro predicta hec nostra vendicio sicut prelegitur, presentaliter nos qui supra nominati musando et anatre venditores et sumus vir et uxor recepimus exinde precium a te prenominato

calopetrus hoc sunt aurei solidi constantini soteriki boni et horiati, veteres, numero duodecim . . . . fecisti ex ipso domnico de ipsa curte finitumque apud nos dicimus habere precium quatenus a presenti die ea que superius legitur habeas et possedeas illud tam tu qui supra calopetrus quam et tuos heredes. Unde et pro convenientibus inter nos nos quisupra vir et uxor venditores guadiam dedimus tibi prenominato calopetri, una mecum que supra mulier astante eodem viro meo et prenominati nepotes mei et mediatorem tibi posuimus me ipsum qui supra musando, ea videlicet racione ut tam nos qui supra nominati vir et uxor quam et nostri heredes defendamus tibi qui supra calopetri tuisque heredibus ea que prelegitur ab omnibus hominibus, et ab heredibus nostris, nec non et da omne servicio dominico antistare et defendere, et si forsitan si qua aliquando tempore perdideritis de ipsa vinea pro quocunque ordinem anteponimus vobis ipsa casa nostra horreata quod habuimus intus eadem civitate, sub hoc namque hordine ut non habeamus potestatem illam nec vendere nec donare, nec per qualiscumque ingenium alienare neque in ecclesiis offerire, set tantum per ista cartula vendicionis potestatem habeatis illam comprehendere, et habere illam vobis transactive sicut habere debuistis ipsa denique vinea, sine cuiuscumque contrarietate, quod si in supradicta racione nos vobis minime antistare et defendere potuerimus, aut si nos ipsis ea que prelegitur per quodlibet ingenium removere aut retornare quesierimus primis omnium questio nostra sit inanis et vacua, insuper obligamus nos et nostros heredes per iamdictam guadiam. et per districtum supernominatum mediatorem me qui supra musando dare tibi qui supra calopetri tuisque heredibus quinquaginta solidos constantinianos. et inantea taciti exinde apud vos maneamus et adimpleamus vobis hec omnia qualiter superius legitur pro invitis. Et quam enim cartam vendicionis cum obligatis penis in supradicta falcione, omni tempore firma et stabilis permaneat.[Page 32]

Et me ipsum mediatorem quidem tribui vobis licenciam me ad pignerandum per omnia causa mea legitima et inlegitima tamdia usque dum perveniatis ad ea que prelegitur. Et erat scripta eadem cartula per manum gregorii subdiaconi et notarii et roborata a testibus per manum qui supra sassoni iudicis. et layto et stephano et manso. Et hunc brebe emisimus scribere tibi rosemanno subdiacono et noiario eo quod una nobiscum ibi fuisti.
Acto mense et indictione supranominatis.
+ Ego qui supra smaragdus iudex
+ Ego sillilto
+ Ego rodostamo
+ Ego bisantio

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro documento n. 7

[Page 32]

**VII.**
**Anno 983.**

+ ????????? '?????????, ????????? ??? ???????? '???????, ?????????
??' ???????? ?????????? ??? '????? ????? ???????? ????????????,
??? ?????? ???? ????????????? ??? ??? ???????? ??? ????????? ?????
??????????? ??? ?????????? ????. ??? ????? ??? ?? '??????????
????????? ?????? ??????? ??? ??? ????? ????????? ????????????,
??? ?????????? ??????, ????????? ??, ??? ???????????? ?? ???? ???
???????? ???? ??? ?????, ??? ??? ???????? ???? ???????? ?? ??
????????? ???? ?? ???????? ???????, ????? ?????? ??????????? ?? ??
?? ??? ??? ???? ??? ???????? ???? ??? ????? ??? ??? ??? ?????????
??? ?????? ????? ???? ??? ????????? ????????? ???? ?????
????? ??? ???????????? ??? ?????????, ??? ???????? ???????? ?? ??????????
???????? ??, ??? ??????? ?? ???? ????? ??? ???? ????????, ???????
??? ????????? ?????? ???? ??? ??????????????? ??? ????????????
??? ??? ?? ?????????, ???? ?? ???????? ??? ???????????
???? ??? ???????? ????????? ????. ? ??? ?????????? ??? ????? ???
??? ??? ?? ????????? ?? ??????? ???????????, ?? '??????, ?? ??????????,
?? ????? ????????, ???? ????? ??? ???????????? ?????,
????? ??? ???????? ????????, ?? ?? ????? ???????????? ??????????
??? ?? ??? ????????? ?????, ????? ?????????????? ????????????[Page 33]

??????????, ??????? ????a ???????????? ??????????, ???' ?? ???
??? ???? ????? ???? ????? ??????????, ??? ??? ??? ??????? ????
???????? ??? ????????? ????????????, ????? ????? ???? ???? ??????????.
?? ?? . . . . . ???? ??????????? ??? ????????? ???? ??? ???
??? ????????? . . . . ????????? ?????????, ??? ?? ???' ??????? ??????????
????? . . . . ??????? ??????? ????????????, ??? ?? ??? ?????????
??????????. ???? ??? ???? ???????????? ????????, ??? ????????? ??
????? ???????? ?????? ????? ??????????????, ??? ?? ??????? ????
?????? ?? ??????????? ???????????? ???????????, ???? ????????
??????????? ?????????.
(S) ????????? ?????????, ?????????, ??? ???????? ???????.

*Versione Latina del Diploma precedente fatta nel 1751 dall'illustre letterato Giuseppe Simone Assemani Prefetto della Biblioteca Vaticana, a richiesta del suo amico Giuseppe Davanzati Arcivescovo di Trani e Patriarca d'Alessandria. L'Assemani pubblicò il testo Greco e la versione Latina di questo diploma nella sua opera « Italicae Historiae Scriptores, ecc. » tom. III pag. 558. (Roma 1752).*

(S) Calocyris Anthypatus, Patricius, et Catepanus Italiae. Quoniam pio jussu Sanctorum nostrorum Imperatorum commissum mihi est, ut ad obedientiam illorum Imperii redeuntes suscipiam, et compassione dignos censeam; idcirco etiam Te, Rhodostamum Episcopum Trani, nactus in hoc Episcopatu constitutum, et diligenter illum administrantem, prudentem quoque, et satagentem earum rerum, quae ad Sanctos Imperatores nostros pertinent, et quae faciebant ad nostram utilitatem, dum obsideremus eiusmodi Castrum; idcirco confirmamus Te per vitam et gaudium Sanctorum Imperatorum nostrorum, in Sede tui Episcopatus, quemadmodum a Beatissimo Benedicto Papa Romano suscepisti Ordinationem, ut dirigas et diligenter administres res maxime utiles, et possessiones Sanctae hujus Dei Ecclesiae, sarciendo, et vindicando[Page 34]

omnia ab iis, qui damnum afferunt bonis Episcopatus tui, secundum traditum Tibi Breve a supradicto Sanctissimo Papa, qui etiam praecipit, ut sint sub tuo Episcopatu Castrum Juvenazani, Rubi, Minervini, Montemelonis, cum omni possessione eorum, sicut et prius possedisti. Quod si aliqui fraudulenter se gesserunt contra Ecclesiae bona, veluti praetexentes commutationem fecisse, nullo pacto sine inquisitione relinques; verum tamquam habens timorem Dei, omnia diligenter inquires; et cuncta quae repereris ad utilitatem Ecclesiae commutata, sines ea apud detinentes. Si vero . . .

per novum aliquod facinus contra Ecclesiam ab Episcopis Praedecessoribus
tuis . . . . . . permutationes factae fuerint, ut ab illis
Ecclesiae recipies. Unde ad abundantiorem confirmationem et securitatem
praesens documentum propria manu signantes, et solita
bulla nostra plumbea munientes tradidimus, mense Augusto, Indictione
Undecima.
+ Calocyris, Anthypalus, Patricius, et Catepanus Italiae.

*Altra Versione Latina dello stesso Diploma fatta nel 1852 dall'Abate D. Andrea Eicholzer sacerdote Svizzero, già pubblicata dal dotto e compianto nostro concittadino avvocato signor Lorenzo Festa Campanile, in una sua lettera « Intorno ad una opinione del Pardessu relativa a Trani » da lui diretta al Chiarissimo Cav. Luigi Volpicella, e stampata in Trani l'anno 1856.*

+ Calocyris Anthypatus Patricius et Catepanus Italiae.
Quoniam pio mandato a Sanctis Imperatoribus nostris jussus
sum, ut omnes in servitium imperii ipsorum revertentes Susciperem
et compassione dignos reputarem, ideo etiam te Rodostamum,
propterea quod te inveni Episcopum Trani, et in hoc episcopatu
costitutum illumque administrantem, Sanctis imperatoribus nostris
addictum et suo iisdem luctantem atque nobiscum, cum hujusmodi
castrum obsideremus, conjunctum confirmamus per vitam, et gaudium

sanctorum Imperatorum nostrorum in episcopatus tui throno,
Sicut et beato Benedicto Papa Romano consecrationem accepisti,
ut dirigas, ac sollicite administres perutiliter res et possessiones
pro Sanctissima Dei Ecclesia, recuperans et vindicans omnia ab
iis, qui damna afferunt possessionibus Ecclesiae sub te constitutae
Secundum Breve a predicto Sanctissimo Papa tibi traditum quod
etiam declarat in tuo Episcopatu esse Castrum Juvenazanum, Rubum,
Minervinum, Montemelonem, cum omni possessione ipsorum,
Sicut ea jam antea possedisti. Quod quidam fraudolenter de Eccclesiae
locis disposuerunt scilicet sub praetextu se commutationem
fecisse, haec nequaquam sine investigatione sinas, sed tamquam
timorem Dei habens omnia perscrutaberis. Et quaecumque ad Eccclesiae
utilitatem commutata inveneris, haec possessoribus suis
relinquas. Si autem haec commutationes in detrimentum ipsius ecclesiae
ab Episcopis praedecessoribus tuis factae sunt, tunc ab
ipsis tradita loca propriis dominis restituas, et quae Ecclesiae sunt
recipias. Ad majorem autem fidem et securitatem praesens documentum
propria manu nostra Subscriptum et consueto nostro
plumbeo sigillo munitum tibi tradidimus mense augusto indictione
undecima.
+ Calocyris Anthypatus Patricius et Catepanus Italiae.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro
# all'anno 1266), documento n. 8

[Page 35]

**VIII.**
**Anno 999.**

????????? ????????? ???? ????????? ??????, ??? ???????? ???????
??? ??????????? ???????? ???? ?????????? ?? ????????????
??????? ?????? ??, ??? ??????, ???? ???? ??????????? ??????????.
????? ??? ?? ????? ???? ????????? ??????? ??????????? ??? ??
?????????, ??? ??? ???????????????? ??????, ?????????? ??? ??????????,
??????????? ??????????, ?????????, ????????????, ??????? ??????,
?????????? ??? ???????, ?????????? ?????????????· ???? ???[Page 36]

??????? ? ?????????, ?????????, ??????????, ????????????????, ???
????? ???? ??? ??????? ???????? ??????????, ??? ?????? ?????? ?????????
??? ?????? ???????? ????????????? ??? ????????, ??? ??????
??? ??????? ?????????? ???????? ????, ? ???????, ? ???????, ?
????????????, ? ?????? ??? ???? ??? ??????? ?? ??????? ?????? ???????
??? ???? ?????? ???????????? ??? ????????? ?????????????, ????
?? ???????? ??, ??? ?????????? ???? ??? ????? ??? ???????, ???
?? ??????, ??? ??? ?????? ???? ??? ??????? ????????. ???????? ???
???? ????????? ??????? ????????, ??? ???????????? ????? ??? ???????
????? ??????, ??? ??? ??? ?? ??????? ??? ?????? ???????????
???????????? ??? ????????? ????????? ??? ??????? ????????? ??.
??? ?? ??????? ?????? ???????????? ??? ???????? ????????? ?????????
??? ??????? ????????, ??? ???????? ??? ???????????, ?? ???????,
??? ???????? ?????? ???? ???????????? ??? ?? ??????, ??? ??? ??????
????????, ??? ????????, ??? ?? ????????, ???????, ?????????????·
???? ?? ?? ?????? ????? ???????, ? ?? ????? ??? ????? ??? ?????
??????? ????????? ??? ??? ?????????????? ??? ???????? ?????? ???
?? ??????? ??? ?????? ??? ?????? ??? ?????? ???? ??? ???? ??
?????? ????????? ??? ?????????, ??? ???????????? ??? ????? ????? ???????,
??? ??? ??????? ???????? ?? ???? ????? ???????. ???????? ??
??? ?????, ??? ??? ?? ????? ??? ???????? ????????? ?????? ??? ??
?????? ??? ?????? ??? ?????????? ? ????? ????????????? ???? ???
??? ???? ??? ?????? ?????????? ??????????, ??? ??????? ??? ?????
?????? ???????, ??? ????? ?? ??????? ???? ??? ??? ???????? ??? ????????
??????????????, ? ???? ??? ?????? ??????? ??????????. ???
?? ??? ????? ??????, ?????????, ?? ???????, ??????????? ? ????????
?????? ?? ??????? ??????? ??, ??? ????????????· ???? ???? ??????
?????? ??? ???? ???????? ???? ???? ?????? ???????????, ??? ????
??????? ?????? ?????, ?? ?? ??? ???????? ?????????? ??? ????????
?????? ????????? ?? ??? ???????? ??????????? ???’ ???? ???????????·
??? ??? ?? ??????????? ??? ???? ?????? ??????, ???????? ??, ??? ??????????
??????????, ????? ??? ?? ????????? ????????????. ???? ???? ????????????
????????, ??? ????????? ?? ????? ???? ????????? ?? ??? ????????
?????? ?? ???? ?????????? ??????????? ???????????? ????,[Page 37]

??? ?v???????? ?? ?????????????, ?? ? ??????????? ?? ??? ?? ??????
??????.
+ ?????????’ A’ ????????? ??? ???????? ??????? ?? ???????????.

*Versione Latina del Diploma precedente fatta nel 1751 dall’illustre letterato Giuseppe Simone Assemani Prefetto della Biblioteca Vaticana, a richiesta del suo amico Giuseppe Davanzati Arcivescovo di Trani e Patriarca d’Alessandria. L’Assemani pubblicò il testo Greco e la versione Latina di questo diploma nella sua opera « Italicae Historiae Scriptores, ecc. » tom. III pag. 563. (Roma 1752).*

Scriptum factum a Gregorio Basto, et Catepano Italiae, Trachaniota, traditum vobis Chrysostomo Archiepiscopo Castri Barii, et Trani, mense Majo, Indictione duodecima. Omnibus, quibus praesens nostrum scriptum manifeste ostenditur, Strategis, et locum ipsorum Tenentibus, Domesticis, Excubitoribus, Vicariis, Turmarchis, Centurionibus, Chartulariis, Comitibus Cohortis, Domesticis Thematis, et primis centurionibus praeeuntibus: praeterea Protospathariis, Spathariis, Candidatis, Drungarocomitibus et omnibus qui Thematum

administrationem sortiti sunt, et alterius omnino innominati loci ministerium obeuntibus: ut nullus omnino audeat injuriam aliquam, aut angariam, aut aliud quodcumque damnum universim inferre velit sacris Presbyteris Archiepiscopatus, Monachis inquam et Monialibus, ipsorum videlicet duorum castrorum Barii, et Trani, absque iis qui habent exercitus. Statuimus enim, tales, qui habent exercitus, ut servitium habeant, sicut ab antiquo decretum est: Et in castro quidem Barii excusatos haberi Presbyteros Catholicae Ecclesiae numero triginta sex: Et in castro Trani Presbyteros talis Catholicae Ecclesiae numero sexaginta. Et statuimus, ut serventur, sicut dictum est, talium Clerorum Presbyteri Barii et Trani immunes et indemnes ab angariis, metatis, castrametalionibus, dico dumtaxat, non aliorum exterorum castrorum, nisi

tantummodo ipsorum duorum peculiarium castrorum. Jubemus quoque adlaborare Clerum ejusmodi in talibus duobus castris Barii, et Trani etiam cum aliis ibi habitantibus, reparationi et reaedificationi propriorum ipsorum castrorum, in quantum quisque ministerium pro aequali parte praestare potest. Statuimus etiam hoc, ut quandocumque lites habuerit talis praedictus Clerus Barii et Trani, simul sedeat et ipse Archiepiscopus simul cum pro tempore agentibus Turmarchis, et uniuscujusque litem pie et secundum quod justum est, etiam multam talium recipere qui pro tempore erit agens Turmarcha. Quantum ad reliqua omnia damna, ut dictum est, conservari talem Clerum omnino indemnem et sine ulla innovatione, uti de his omnibus exoptant Sancti Imperatores nostri, et nos etiam indigni servi ipsorum. Siquis vero deprehensus fuerit transgrediens praesentis scripti Sigillum, non vulgarem indignationem a nobis sustinebit: et quicumque innovationem contra Sacerdotes ipsos, et Monachos, et Moniales tentabit, omnia in duplum restituet. Quare ad abundantiorem confirmationem et securitatem hoc praesens nostrum scriptum plumbea bulla proprio sigillo munientes dedimus mense et Indictione supradicta, in quo subscripsimus etiam propria manu.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro
# all'anno 1266), documento n. 9

[Page 38]

**IX.**
**Anno 1028.**

In nomine domini quadragesimotercio anno imperii domini basyli
et domini constantini imperatoribus nostris mense iuiio quarta
indictione, brebe emissum a me smaragdus iudex ex civitate trane.
Quatenus dum essem intus eadem civitate et mecum adessent
alii nobiles qui subter ascripti sunt, tunc venit simeon prototabularius
et hostendit una cartula quem suscipientes releximus et erat
continentem: in nomine domini dei eterni et salvatoris nostri
ihesu xristi vicesimo anno imperii domini basyli. et domini constantini
imperatoribus nostris mense marcius undecima indictione.
Ideoque ego musando filius maraldi ex civitate trane, Clarefacio
quia habeo quinquaginta octo urdines de vinea non multum longe
a prephata civitate, in ipso cluso da ipso flumicello, et pertinunt
michi eadem urdines de vinea partem vicariacionis ut cartula mea
continet, et congruum est michi qui supra musandi illos venumdare.
bona enim mea voluntate, quam et ante presenciara sassoni iudicis,
el de alii nobiles qui subter ascripti sunt, per fustem seu et per
hunc videlicet scriptum, venundabo tibi calopetri filio iohanni qui
sis commanente in eadem civitate. Hec sunt ipsi dicti quinquaginta
octo hurdines de vinea in longitudo, et in latitudo sicut sunt
a vinea benenati, et vinea paoni iudicis, et usque in via publica,
habent autem finis ipsi iamdicli urdines: de uno capite a medio
limite est vinea de filiis sassoni cannetano, de uno latere a medio
limite est vinea supranominati benenati et predicli paoni iudicis,
est et a medio limite aliquantulum de vinea fili filii muscati[Page 39]

ubi intrabi, et pascui, illam cum ipse iumento prefati monasterii
ubi me ordinavit curatora iamdictus abbas epifanius. Venundo
iamdicto urso seu et maraldo nepoti eius filio supradicti
mancusii . . . . . . . . . . . . . . . . . . . uno caballo meo scaveo.
pro ipso erbatico . . . . . . . . . . . . . . de iamdicta matina sua
nacus adduxi intus eadem civitate trane uno pullitro nigro caballineo,
et ante prephatum iudicem et subscriptos testes dedi atque
tradidi illum ipsi qui supra nominati germani mancuso, et urso,
pro iamdicto erbatico quod eis debebamus dare, pro iamdicta
matina illorum ubi intravi, et pascui illam cum iamdicte iumente
prephati monasterii.

In questa carta i caratteri sono rosi in modo che non è possibile
leggervi altro con sicurezza)

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro 1266), documento n. 10

[Page 39]

**X.**
**Anno 1033.**

In nomine domini, quinto anno imperii domini romano sanctissimo imperatori nostro. Mensis magius, prima indictione. Ideoque ego pascalis filius meli ex civitate trane. Quam et ego mulier nomine maralda filia passari de civitate sipontus. et uxor eiusdem pascalis. Clarefacimus quia habemus ad commune. Uno horreo suprano de una casa horreata de intus eadem civitate trane. Unde michi qui supra pascalis pertinet quartam partem, per ipsum scriptum meum quod exinde cum aliut michi fecit iamdictus genitor meus, et michi que supra mulieri pertinet exinde tres partes per cartam comparacionis. Quam et pertinet michi que supra mulieri habere iterum quartam partem in iam dictam quartam partem, supra dicto viro meo. de eodem horreo, de predicta casa per ipsum meum morgincaph. quod ante hos annos michi fecit, atque tradidit in die coniunccionis nostre quando me sibi copulavit uxorem[Page 40]

rem predictus vir meus. Et congrum est nobis qui supra nominati viroque uxor, tantum iamdictum horreum, de predicta casa venundare communiter. Sicque ego prephata mulier feci exinde noticiam. predicto viro meo. et fasano filio dilecterii et cardo filio ubizzi parentibus meis, ut fierent michi consencientes. in hanc meam vendicionem. Et una cum ipsis misi, et feci ad nos convocare mei iudicem. cum aliis bonis hominibus qui subter ascripti sunt et innotui iilut eis. quam et ego qui supra pascali dum predictus iudex precipiendo michi. ut adducerem iamdictus genitor meus, ad standum ibi. et per illius verbum et absolutionem, facerem hanc vendicionem. Sicque presentaliter ostendi, coram predicto iudice, et iamdictis subscriptis testibus, ipsum scriptum absolucionis mee cum aliut continentem firmatum a publico notario, et ab idoneis hominibus roboratum, quod ante hos annos predictus genitor meus michi fecit in iamdicta civitate sipontus. qui videndo eundem scriptum meum absolucionis. iussit michi ut licenciam haberem illut facere, absque iamdicto genitore meo. Post hec predictus iudex. me que supra mulier exinde diligenter inquisivit. ne aliquam violenciam paterer exinde a quocunque homine, in cuius presencia ego quidem manifesta sum. nullam violenciam me exinde patere, a quolivet homine. Sed tantum bona mea voluntate, hanc vendicionem facere cupio. Et sic per illius inquisicionem et absolucionem. et consencientibus michi. eundem vir meus, et prenominatis parentibus meis, atque ipse denique iudex secundum statuta leggis. Una nobiscum carta manu posita, per fustem seu et per hoc videlicet scriptum, communiter. Venundamus, tibi petro subdiaconus, et medicus, filius mauri, qui es commanente in predicta civitate trano, hec est integrum iamdictum horreum suprano de iamdicta casa, quam tu predictus petrus a nobis comparasti. Vice petri clerici filii iohannis ex eadem civitate trane. habet autem fines tota et integra iamdicta casa horreata. Unde tibi qui supra petri medico venundedimus, integro iamdicto horreo suprano in supradicta racione. quia ipso solario subtano do eadem casa est de filiis iohanni qui vocabatur cabailuzzo. De prima parte est[Page 41]

curticella, est et casa de filiis sillitti, de secunda parte a medio pariete, est suppinna iaquinti figli iohanni, est et in antea platea de cisterna de filiis grisantii diaconi et primicerii, de tercia parte extra palumbula est trasita de ipsa curte communis. De quarta vero parte, est curticella que est communis, inter predicto horreo de eadem casa, et casa que fuit ursoni filii eloise, est et inantea a medio pariete eadem casa idem ipsi ursoni. Infra hos autem fines ut prelegitur, est iamdicta casa. Unde tibi qui supra petri subdiaconi, nos qui supranominati viroque uxor. integro iamdicto horreo suprano unanimiter venundedimus, ego que supra mulier exinde tres partes, et quartam partem, de iamdictam quartam supradicti viri mei. et ego qui supra pascali exinde tres partes de predictam quartam partem in supradicta racione. cum integre ipse sorciones

quas nobis pertinet habere, in predicta curticella que est communis,
inter eodem horreo, et casa que fuit predicti ursoni. Et ex predicta
nostra vendicione sicut prelegitur. Nec nobis qui supranominat
viroque uxor venditoribus. Neque ad heredibus nostris. Neque pro
quarta genitricis mee qui supra pascali. Neque ad nullum quempiam
hominem porcionem aut sorcionem ibidem reservabimus requirendum.
Set una cum inferiora, et superiora, cum trasita. et
exita sua. pro iamdicta curte communis et pro iamdicta curticella.
et cum omnia infra se habente, integrum iamdictum horreo de
predicta casa, trasactive tibi qui supra petri medicu venundedimus.
Idem tu a nobis comparasti, vice supradicti petri clerici. Unde pro
predicta nostra vendicione sicut prelegitur. statim nos qui supranominati
viroque uxor, recepimus communiter precium exinde a te
prenominato petro medicus, hoc sunt aurei solidi boni, numero,
decem, et hocto. et medius. Undecim ex ipsis, romanati pesanti
adipsa decahennea. et septem ex ipsis soterici boni dotrachi. qui
fuerunt proprii prenominati petri clerici filii iamdicti iohannis. cuius
vice nobis illos dedisti, pro iamdicta nostra vendicione. et fecistis
de ipso dominico, finitumque aput nos dicimus exinde habere precium.
Quatenus a presenti die eandem nostram vendicionem sicuti
prelegitur in supradicta racione. habeat, et possedeat. tam ipse qui[Page 42]

supra petrus clericus, quam et eius heredes, et faciant exinde omnia
quod voluerint. Unde et convenientibus nobis, bonis nostris voluntatibus.
nos qui supranominati. viroque uxor, pascali, et maralda.
consencientibus. michi que supra mulieri, iamdictus vir meus, et
predictis parentibus meis, guadiam dedimus tibi qui supra petri
medici. Quam tu a nobis recepisti, vice iamdicti petri clerici, et
mediatorem inter nos. posuimus tibi, me qui supra pascali. Ea ratione,
Ut omni tempore, nos, et nostri heredes, defendamus iamdictam
nostram venditionem sicut prelegitur. eidem petri clerici,
illiusque heredibus. A nobis ipsis, et ab heredibus nostris, et a
predicta quarta genitricis mee qui supra pascali, et ab omnibus
hominibus seu et ab ipsa stratia. quam et ab omni alio servicio
dominico. Insuper pro causa securitatis dedimus tibi qui supra petri
medici, in defensionem, iamdicta carta mea que supra mulieri comparationis
cum integra ipsa potestate mea. quam tu a nobis recepisti
vice iamdicti petri clerici, in tali quidem ordine. Ut si surrexerit
quislivet homo qui voluerit contradicere, vel tollere aliquit de iamdicta
nostra vendicione. eidem petri clerici, illiusque heredibus potestatem
habeant cum eandem caria, causare, et contendere, et omnem
diffinicionem facere, ut nobis pertinuerat facere, favoluerint.
et fierint sivi cum ea. autores et defensores, de iamdicta vendicione.
Sin autem noluerint remittant eadem cartula, aput nos, et nostri
heredes ad defendendum nos eis, iamdicta nostra vendicione in supradicta
racione. et semper post finem factam remittamus aput eos.
eadem iamdicta carta salba, ad habendum illis, eam omni tempore.
Quod si nos eidem petri clerici, illiusque heredibus minime in supradicta
racione antistare. et defendere potuerimus. Aut si nos ipsis
ea que prelegitur per quodlivet ingenium removere aut retornare.
vel contrare voluerimus, primis omnium questio nostra sit inanis
et vacua, insuper autem obligamus nos nostrosque heredes per
iamdictam guadiam et per districtum me qui supra pascali mediatorem.
dare ipsius qui supra petri clerici, illiusque heredibus,
quinquaginta solidos constantinianos. et inantea taceamus, et defendamus.
et adimpleamus eis ea que prelegitur. in supradicta racione[Page 43]

omni tempore pro invitis. Et me ipsum qui supra pascali
mediator, tribui tibi qui supra petri subdiaconi et medici, et eidem
petri clerici, et tuis. illiusque heredibus licenciam sine compellere
me. vel meos heredes pignorare per omnia causa mea. legittima.
et inlegitima, pignora, usque dum adimpleamus omnia qualiter
superius legitur. Et hec carta vendicionis in supradicta racione
omni tempore firma et stabile permaneat. Quam te disigium
diaconum, et notarium, taliter scribere rogavimus eoquod ibi fuisti.
Acto mense et indictione supranominatis.

+ Ego mei tranensium iudex

+ Petro

+ Ego alfanus

+ Ego risando

+ Ego gri . . . . . . . . . . .

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro 1266), documento n. 11

[Page 43]

**XI.**
**Anno 1035.**

In nomine ihesu xristi et salvatoris omnium, tercio anno imperii domini michahelis sanctissimi imperatoris nostri. Mense Septembris quarte indictionis. ydeoque ego risando filius bisantii ex loco casamaxima. Qualiter intus civitate trane. ante subscriptos testes, falco filius iohannis ex eadem civitate per fustem dedit michi, ad laborandum, et seminandum, ad terratico, ipsis duobus pezzis de terris, quas habet propinquo iam dicto loco casamaxima. iuxta clausum de terra sua et de maraldo iudice et turmarcha. et iuxta via antika et iuxta clausurelle commune ei et de prenominato maraldo iudice et turmarca. et iuxta clausuria de nepotes forti, et luponi. et iuxta terra quam tenet urso clericus, yn tali ordine ut a modo et usque ad tres annos completos ego qui supra risando vel mei heredes laboremus et seminemus et dominemus ac frugiemus ambobus iamdictis pezzis de terris, ad nostram proprietatem, et per singulum annum, demus exinde terraticum eidem falconi illiusque heredibus[Page 44]

ubi miserimus duo modios seminaciones. eis demus unum modium de quodcumque semente ibidem miserimus, ad ipso modio de ipso porto eiusdem civitatis cum quo debeo mittere ipsa semente. Unde statim ego qui supra risando bona mea voluntate guadiam dedi eidem falconi, et mediatorem ei posui me ipsum, ea racione ut si ego vel mei heredes non adimpleberibus ei illiusque heredibus ea que prelegitur in supradicta racione et aliqua angustia exinde eis fecerimus per quodcumque ingenium obligavi me Meosque heredes per iamdictam guadiam et per districtum me ipsum mediatorem dare eidem falconi illiusque heredibus tres solidos constantinianos et ea que prelegitur adimpleamus eis per invitis. Et me ipsum mediatorem tribui eis licenciam sine compellere me et mei heredes pignerare per omnem causam nostram legitima et inlegitima pignora donec adimpleamus eis ea que prelegitur. Et hoc scriptum scripsi ego Johannes notarius et interfui. Acto mense et indictione supernominatis.

+ Ego Teudelgrimo
+ Ego Smaragdus
+ Ego Grifo

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro
# all'anno 1266), documento n. 12

[Page 44]

**XII.**
**Anno 1036.**

In nomine dei eterni et salvatoris omnium tercio anno imperii domini michaelis sanctissimi imperatoris nostri mense marcio quarta indictione. ydeoque nos iaquintus et dardanus germani et filii maraldi turmarke ex civitate trane qualiter in eadem civitate ante subscriptos testes bonis nostris voluntatibus per fustem donabimus maraldi turmarke consobrino nostro filio mancusi ex eadem civitate, hec est ipso loco nostro quem habemus in ipsa subdite ecclesie sancte et gloriose semperque virginis dei genitricis marie de ipso episcopio prefate civitatis, in ipso philo ubi stabant iaquinto filio paoni iudicis et iaquinto filio iusoaldi ex predicta[Page 45]

civitate, de quibus recepimus exinde a predicto consobrino nostro launegilt uno epillurico serico, confirmatamque ei predicta nostra donacione in supradicta racione per susceptum supradictum launegilt quatenus a presenti die eandem nostram donationem qualiter prelegitur habeat et possideat, tam predictus maraldo turmarka quam et heredes eius et faciant exinde omnia quod voluerint. Deinde convenientibus .... nos qui supranominati germani iaquinto et dardano bonis nostris voluntatibus guadiam dedimus eidem maraldi turmarke et mediatores ei posuimus nos ipsos. Ea racione ut si aliquando tempore nos vel nostros heredes voluerimus tollere vel contrare ei illiusque heredibus iamdicto loco quem ei donavimus in supradicta ratione et aliqua angustia exinde eis fecerimus per quodcumque ingenium obligabimus nos vel nostros heredes per iamdictam guadiam et per districtos nos ipsos mediatores dare eidem maraldi illiusque heredibus tres solidos constantinianos et ea que prelegitur adimpleamus eis per invitis. Et nos ipsos mediatores tribuimus eis licenciam sine compellere nos vel nostros heredes pignorare per omnes causas nostras legitima et inlegitima pignora donec adimpleamus ea que prelegitur. Et hoc scriptum scripsi ego Johannes notarius et interfui acto Mense et indictione supranominatis.
+ Ego Smaragdus
+ ?????? ? ??? ????????? ????.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro
1266), documento n. 13

**XIII.**
**Anno 1039.**

In nomine domini, septimo anno imperii domini michaylis sanctissimi imperatoris nostri. Mense octubrio. octaba indictione, ideoque ego nikyforo. filius ursi ex civitate trane, Clarefacio, quia ante hos dies, quando ego et maraldus barbanus meus, filius petri, et iohannes, consobrinus meus filius bissantii ex eadem civitate, dividimus inter nos ipse case orreaec de intus predicta civitate, tandem tradiderunt

exinde michi in sortem ipsi nominati maraldo et iohannes, consobrinus meus, de ipsa casa maiore orreata, ipso capite a parte de casa disigii filii ademarii turmarche, cum ipsa terrota, ante eadem casa de quantum tenet ipsa palumbula in latitudo, secundum continenciam de ipsum scriptum meum divisionis, quod exinde illi michi fecerunt cum alia continentem. Nunc autem ego qui supra nikyfori, iuncxime cum prenominato iohanne consobrino meo, et per convenienciam quam inter me et eum convenit, bona mea voluntate. Ante presenciam domini dilecterii. et domini sillitti imperialis turmarchis aliorumque subscriptorum testium, per fustem misi inter me et eum, de iam dicta terrula, que est ante iamdicta palumbula de predicta casa mea, sicut est, ab ipso angulare, de platea, et scalis prenominati disigii, et quomodo vadit recte, usque in completa de iamdicta palumbula mea, que est secus hostio de sorcione illius, ex ipsa camera, et terrota, ante eundem hostio. Et ipse qui supra iohannes, per eandem convenienciam bona sua voluntate. Ante prefatos domini turmarchis et predictos subscriptos testes, vice sua, et vice dardani germano suo, per fustem misit inter se et me tota ipsa terrola sua, de quanta a me, et a prenominato maraldo, recepit in sortem ante ipso hosteo de predicta camera, a terra, sicut est, ab ipse scali communis, et usque in completa de iamdicta palumbula mea, que est secus de iamdicto hostio eius ex predicta camera, in tali ordine. Ut omni tempore, ea que prelegitur. fiat inter nos, de ambabus partibus et de nostris heredibus ad commune, ad regendum nos ibidem, cum omni auctoritate de utrisque partibus perequaliter. Et aliquando tempore, nec ipse qui supra iohannes, aut ipse qui supra dardano germano eius, vel illorum heredes non habeant potestatem, legare qualiscumque animalium, ante ipso hostio meo, aut figere zippo. in ipso pariete de predicta palumbula mea. pro ligandum illos ibidem per nullum ordinem, vel ingenium. Similiter, et nec ego qui supra nikyforo. nec mei heredes, non habeamus potestatem, figere zippo in proprio pariete eorum, aut legare qualiscumque animalium, ante ipso hostio illorum de predicta camera per nullum ordinem, vel ingenium aliquando tempore.

Unde et per supradicta conveniencia, bona mea voluntate, ego qui supra nikyforo, guadiam dedi ipsius qui supra iohanni, consobrino meo. Quam a me recepit vice sua, et vice prenominati dardani germano suo, consobrino meo, et mediatorem posui me ipsum. Ea racione. Ut si aliquando tempore, ego qui supra nikyforo, vel heredes meos, voluerimus removere, aut retornare ea que superius legitur. Et non adimpleverimus eis, illorumque heredibus omnia per ordinem, qualiter prelegitur in supradicta racione. Et aliqua angustia exinde eis fecerimus per quodcumque ingenium, obbligavi me et meos beredes, per iamdictam guadiam, et per districtum me ipsum mediatorem, dare eis, illorumque heredibus Viginti solidos constantinianos, et ea que prelegitur in supradicta racione, omni tempore firmum et stabile permaneat. Et me ipsum mediatorem tribui eis licenciam sine compellere me, et meos heredes pignerare per omnia causa mea legittima, et illegitima, pignora. Usque adimpleamus eis ea que prelegitur. Et hoc scriptum conveniencie in supradicta racione scripsi ego disigio diaconus et notarius, et interfui. Acto mense et indictione supernominatis.

+ ?????????? ??????????
+ ? ??????? ????????? ?????????? ??????
+ ??? ???? ??? ????????? ????
+ Ego mele
+ Ego petrus.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro 1266), documento n. 14

[Page 47]

**XIV.**
**Anno 1053.**

In nomine domini nostri ihesu xristi duodecimo anno imperii domino Constantino monomaco sanctissimo imperatori nostro. Mense augusto sexta indictione. Ideoque nos maio macellaro filius acci macellaro, et mulier nomine jaquinta filia iohanni. qui sumus viroque uxor de civitate trane. Clarefacimus quia habemus una pezza de vinea in ipso cluso de puteo hocleano non multum longe a[Page 48]

iamdica civitate, pertinente mihi qui supra maio per carlulam emptionis, et mihi que supra mulier pertinet ibidem habere quartam partem per ipsum meum morgingapt. quod ipse qui supra virmeus michi fecit atque tradidit ante hos annos in die coniunxionis nostre, quando me sivi sociavit uxorem, et congruum est nobis illam communiter venundare. Sicque ego que supra mulier feci exinde noticiam a prenominato maio viro meo. et ad datto presbiter germano meo. et ad mel presbiter parente meo. ut fierent michi consencientes in hanc meam vendicionem quam facere cupio, et una cum ipsis ibimus ante presenciam romano criti. et de aliis bonis hominibus qui subter adscripti sunt, et innotuimus illut eis. Quapropter ego prefata mulier interrogata, et inquisita, et absoluta, a prefato criti, secundum leggem diligenter, et consencientibus michi prenominato viro meo. et iamdicto germano meo. et prenominato parente meo. Atque ipse denique criti secundum statuta legis una nobiscum carta manu posita, bonis quidem nostris voluntatibus nos qui supra nominati viroque uxor maio et iaquinta, quam et ante prefatum criti. et iamdictos subscriptos testes, per fustem seu et per hoc videlicet scriptum communiter atque unanimiter. Venundamus tibi mando filius benedicti ex predicta civitate. Hoc est integram iamdicta pezza de vinea, que habet fines. De prima parte a medio limite est vinea que fuit disigii germano meo que supra mulieris et cognato meo qui supra maionis. De secunda parte a medio limite et petre finaider ficte, est vinea de filii gadelaiti magistri. De tercia parte a medio limite est vinea que fuit falconi filio iohanni clerico et abbati, et coniuncte in antea aliquantulum in vinea de filiis cotunei. De quarta vero parte a medio limite et petre finaider ficte est vinea que fuit sillitti filii lazari. Infra hos autem fines ut superius legitur est iamdicta pezza de vinea quam tibi qui supra mando venumdedimus cum sorcione in ipso palmento nostro, cum camera et pila et platea sua quam ibidem habemus que residet in capite de iamdicta vinea ubi priores fines posuimus. Et ex predicta nostra vendicione sicut prelegitur, nec nobis qui supra nominati viroque uxor neque had eredes nostros, neque ad nullum[Page 49]

quempiam hominem porcionem aut sorcionem ibidem reservavimus requirendum, set una cum inferiora et superiora cum trasita et exila sua et cum homnia ynfra se abentem iamdicla pezza de vinea per supradictos fines sicut prelegitur trasactive tibi qui supra mando venumdedimus possidendum cum sorcione in iamdicto palmento, et camera et pila et platea sua sicut prelegitur. Unde pro predicta nostra vendicione qualiter prelegitur, statim nos qui supra nominati maio et iaquinta viroque uxor recipimus exinde a te prenominatus mando. Hoc sunt aurei solidi skifati boni pesantes adipsa deca ennea numero quattuordecim, astantibus mecum que supra mulier prenominato viro meo et iamdictis consencientibus meis, finitumque aput nos dicimus habere exinde iamdictum precium. Quatenus a presenti die ea que prelegitur habeas, et possideas tam tu prenominatus mando quam et tuos heredes, et faciatis exinde omnia quod volueritis. Unde et combenientibus nobis statim nos qui supra nominatus maio et iaquinta viroque uxor, consencientibus michi que supra mulier prenominato viro meo. et iamdicto datio presbiler germano meo. et prenominatus mei presbiter parenti meo. atque per largiencia de prefato criti. guadiam tibi qui supra mando dedimus et mediatorem tibi posuimus me qui supra maio. Ea racione. Ut omni tempore nos et nostros heredes defendamus tibi

tuisque heredibus iamdictam nostram vendicionem sicut prelegitur. A nobis ipsis et habe heredibus nostris, nec non et ab ipso suffraio. et hab omni alio servicio dominico, quam et hab honmibus hominibus qui pro nostris partibus illut bobis tollere vel contrare voluerimus. Nam pro parte aliorum hominum ego qui supra maio per fustem dedi tibi qui supra mando iamdicta cartula mea empcionis in defensionem cum integram potestatem meam. In tali ordine, ut potestatem habeas tam tu qui supra mando quam et tuos heredes cum eandem cartula empcionis causare, et contendere, et pignerare atque comprehendere ipsa anteposicione quod continet iamdicta cartula empcionis. et omnem diffinicionem illa facere sicut michi meisque heredibus pertinuerat facere. Quod si nos bobis minime in superdicta racione antistare defendere potuerimus, aut si nos ipsis[Page 50]

ea que prelegitur removere aut retornare. tollere. vel contrare voluerimus. primis omnium questio nostra sit inanis et vacua, insuper autem et triginta solidos constantinianos vobis componere placitamus per iamdictam guadiam et per districtum me qui supra maio mediatorem, et inantea taciti exinde adversus vos maneamus et adimpleamus et defendamus vobis ea que prelegitur in superdicta racione omni tempore per invitis. et ego qui supra maio mediator tribui vobis licenciam sine compellere me et meos heredes pignerare per omni causa nostra legitima et illegitima pignera usque dum adimpleamus et adimplere vobis faciamus ea que prelegitur. Et hoc scriptum vendicionis in superdicta racione scripsi ego sergius notarius et interfui. Acto mense et indictione supernominatis.
+ ??????? ? ?????? ??????
+ ?? . ???? . ? . ??? . ???? . ??? . ???? . ????
+ Ego mandus.
+ Ego dardanus.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metropolitano della città di Trani (dal secolo IX fino all'anno 1266), documento n. 15

---

[Page 50]

**XV.**
**Anno 1054.**

+ ????????? ????????? ???? ??????? ??? ?????o????? ????????? ?????? ??? ?????? ???????, ????????? ????????? ??? ??????????? ??? ???????· ???????? ???? ?????? ??? ??? ??? ??????? ??????· ???? ??????????? ??????????? ?.
+ ???? ??? ???????? ??????, ??? ??? ??????, ???? ?????? ?????????????` ?????? ?????? ????????? ?? ??????? ???????? ???? ???????, ??? ?? ????? ??? ???? ???????? ????? ???????????. ??? ???? ? ????? ???? ???? ????? ??????????. ???? ?????? ???’ ????? ????????? ????????? ???? ???????? ??? ????? ?????????? ?? ??????????, ??? ?????? ??? ????????, ?? ??? ????? ??????? ?????? ?????????, ??????????? ???????? ???? ???? ?????????? ????? ??????? ???????. ? ?? ?’??????????? ??? ????? ??????? ?????????????, ?????????? ???’ ???? ?? ???’ ????? ????????. ???? ??????? ?????? ??????, ???’ ???????? ????? ????????? ? ???? ???????? ???????? ? ??? ???????????.[Page 51]

?? ?? ???????????? ?????. ?????. ???? ???????? ???? ?????? ?? ?? ????????? ?????? ???? ????? ????????. ???? ????? ?? ????????? ???· ???? ??????????? ????? ?????. ???????? ????????? ? ?????? ??? d????? ?????? ?????, ???????? ?? ????????????? ???????. ???? ???o? ???? ?? ????? ?????, ??? ?????????· ?????? ??????????? ???’ ???? ??? ???? ??? ?? ???? ???????? ??’ ??????, ?????? ??????? ??????????? ????, ???? ?????? ? ?????? ???? ??? ???????? ??????????? ??? ?????. ??? ?? ??? ?? ????? ????? ?? ?? ???? ??? ?e?? ????????? ??? ????? ??????? ?????? ??? ???? ??? ???? ?????? ????? ???? ?????? ????? ??? ??????????? ??? ????? ???????. ?? ?? ????? ?? ?????? ???????? ?????? ????????? ???????????? ?? ????????, ????????? ?????? ??? ?????. ???? ?? ???? ?v ??| ??? ??? ???? ?? ??????? ??? ???? ???? ??????? ?? ????? ????????? ??? ????????? ??? ??? ??????? ?? ??????? ????? ??? ??? ??

????? ??????????, ??? ?????????? ?? ??? ?????????? ??? ?????????.
??? ??? ??? ???? ??? ??? ???? ???? ??????? ??????? ???? ?????????
??? ????????. ????? ?? ? ????? ??? ? ?????? ???? ??? ?? ????? ??????
?????????? ??? ??? ??????????. ??? ????? ??? ??? ?? ????? ?????????
???????? ?? ????????? ???????? ??? ?? ??????? ??????????? ???????????
???? ??? ?????????? ???? ??? ?????????????.
+ ??????? ??????? ???? ?????????, ?????? ??? ???? ???????, ?????????,
???????? ??? ????????????, ? ???????.

*Versione latina del diploma precedente fatta nei 1751 dall'illustre letterato Giuseppe Simone Assemani, Prefetto della Biblioteca Vaticana, a richiesta del suo amico Giuseppe Davanzati Arcivescovo di Trani e Patriarca d'Alessandria. Questa versione però non fu mai pubblicata dall'Assemani, e se ne sarebbe a quest'ora perduta ogni memoria se non mi fosse accaduto di trovarne una copia che io son ben fortunato di poter richiamare alla luce.*

+ Scriptum factum ab Argiro Illustrissimo Magistro Besto et Duce Italiae Calabriae Siciliae et Pafhalagoniae Meliti et traditum vobis Sasso de castro Tranae mense Septembris Indictione octava.


+ Quoniam dictum Sassum filium Petri ex multis documentis servum fidelem esse potenti imperatori nostro a Deo coronato et ex ipsis gestis celebrem omnibus apparentem, usque ad nos sermo nominis ipsius occurrit. Unde invidiae contra ipsum excitatae, Rumaldus filius Rumaldi et insularum Suddattoni germani fratres et Rusus Sadolfi ipsius castri tranae incolae dolis usi sunt dicentes apud nos, excusatum eorum ipsum esse, Eo vero aegre ferente et nihil scire respondente, interrogati sunt a nobis qui contra ipsum invidia moti sunt, an possibile ipsis esset scripto aliquorum auctoritate munito vel testimoniis confirmare ea quae dixerunt. Illi vero respondentes dixerunt. Nos neque scriptum de hoc subiecto habemus neque ullos testes. Ad haec autem ego respondi si non possunt ipsi comprobare haec, iuret Sasson cum duodecim familiaribus propriis ipsius numquam excusatis, etiam aequale daturos, neque ipsum, neque ipsius familiares, et abeat ex nunc sine molestia a vobis illata et sine ulla disquisitione ab ullo ex nobis per dies duodecim spatium concedentes ipsi. Venit iterum Sasson ad examen, perfecturus iuramentum, et ipse cum filio suo in sacro et divino evangelio iusiurandum faciens postulavit etiam cum suis familiaribus cum multo gaudio et ilaritate iuramentum perficere. Ut vero illud reliqui prompte facere volebant, aegre tulerunt qui dicti sunt impulisse eos ad iuramentum. Unde ego etiam in vita et gaudio potenti et sancto Imperatori nostro, praesens scriptum in testimonium et presidium predicto Sasso et suis heredibus exibui in condemnationem et repulsam adversariorum, ut ex hoc et in omne tempus futurum, sit ab omni obbligatione solutus et perquisitione ipse Sasson et eius filius quin etiam ipsorum heredes et bonorum possessores, hac de causa enim presens scriptura etiam facta est propria manu subscripta et consueto sigillo confirmavi mense et indictione antea scriptis.

+ Argirus providentia Dei Magister, Bestis et Dux Italiae Calabriae Siciliae et Paphlagoniae Melis.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metropolitano della città di Trani (dal secolo IX fino all'anno 1266), documento n. 16

[Page 53]

**XVI.**
**Anno 1059.**

In nomine dei Eterni et salvatoris nostri, secundo anno regnante domino ysakio qui et comniano gloriosissimo imperatori nostro Mense magio duodecima indictione. Ideoque nos theofilactus et russo episkeptitis et odelpertus germani et filii russonis de civitate trane. Clarefacimus quia habemus unam casam orreatam cum scalis et platea sua de intus eadem civitate, et unam foveam que est ante eadem casa in ipsa trasenda puplica. pertinentes nobis qui supra nominati theofilactus et odelpertus duas partes in integram terciam partem de medietate ex predictis casa et scalis ac platea et fovea, et mihi qui supra russoni episkeptiti pertinentem totum ipsum reliquum de tota is dicta casa et scalis et platea ac fovea. Et congruum est nobis qui supra nominati germani communiter atque unanimiter venundare omnia que prelegitur. bonis quidem nostris voluntatibus quam et intus iamdicta civitate. Ante presencia iohannis iudicis aliorumque testium subterscriptorum. per fustem seu et per hoc videlicet scriptum nos qui supra nominati germani theofilactus et russus episkeptitis et odelpertus sicut diximus communiter atque unanimiter venundamus tibi dilecterio kriti filio melis de civitate montepiloso qui modo sis commanente in predicta civitate trane. hec est integra predicta casa orreata cum iamdictis scalis et platea sua ac fovea nominatibe nos qui supra nominati theofìlactus et odelpertus ipsis duabus partibus nostris de supradicta tercia parte de iamdicta medietate ex ea que prelegitur. et ego qui supra russus episkeptitis totum iam dictum reliquum ex omnia quod prelegitur. Verumtamen fines dicimus ad totam iamdicta casa et scalis et platea sua. De prima parte est iamdicta tresenda puplica. de secunda parte est similiter trasenda puplica eiusdem civitatis, de tercia parte a media strictola est casa cum furno de ipso episcopio is dicte civitatis trane. de[Page 54]

quarta autem parte a medio pariete sunt case similiter de iamdicto episcopio. Infra iste namque fines ut prelegitur est iamdicta casa orreata cum predictis scalis et platea sua quam libi venumdedimus per supradictam racionem. Et ex predicta nostra vendicione qualiter prelegitur. nec nobis qui supra nominati germani venditores. neque ad heredes nostros. neque ad partes uxoribus nostris neque ad nullum quempiam hominem porcionem aut sorcionem ibidem reservavimus requirendum. Set una cum inferiora et superiora cum trasita et exista sua et cum omnia infra se habente. integra iam dicta casa orreata cum predictis scalis et platea sua et iam dicta fovea trasactive illud tibi qui supra dilecteri kriti venundedimus per supradictam racionem possidendum. Unde pro predicta nostra vendicione qualiter prelegitur. statica nos qui supranomidati germani theofilactus et russo episkeptitis et odelpertus. recepimus precium exinde a te qui supra dilecterio kriti hoc sunt aureos solidos bonos pesantes adipsa decaennea numero quadragintaseptem. decem et octo ex illis skifati. et sedecim ex eis stellati. et ipsos requos tredecim romanati. finitum quod apud nos dicimus exinde habere iamdictum precium. quatenus a presenti die iamdicta nostra vendicione per supradictam racionem habeas et possideas tam tu qui supra dilecterius kristis quam et tui heredes. et facialis exinde omnia quod volueritis. Deinde convenientibus nobis statim nos qui supranorninati germani theofilactus et russo episkeptitis. et odelperlus bonis nostris voluntatibus guadiam dedimus tibi qui supra dilecterio kriti et mediatorem tibi posuimus urso filius Anisonis ex iamdicta civitate trane. Ea racione. ut omni tempore nos qui supranominati germani et nostri heredes, defendamus tibi qui supra dilecterio kriti tuisque heredibus iamdictam nostram vendicionem qualiter prelegitur. a nobis ipsis et ab heredibus nostris, et a parte uxoribus nostris et ab omnibus hominibus. quam et ab ipsa stratia et ab omni alio servicio dominico. Quod

si nos vobis minime in supradicta racione. Antistare et defendere potuerimus. Aut si nos ipsis ea que prelegitur per quodlibet ingenium remobere et retornare vel contrare voluerimus. primis omnium[Page 55]

questio nostra sit inanis et vacua, insuper tum et viginti solidos constantinianos nos vobis componere placitamus per iamdiclam guadiam et per districtum supranominatum mediatorem, et inantea taciti exinde adversus vos maneamus, et adimpleamus vobis ea que prelegitur per invitis. Et ego qui supra urso mediator tribui vobis licenciam sine compellere me et meos heredes pignorare per omnes causas nostras legitima et inlegitima pignora donec adimpleamus vobis omnia qualiter prelegitur. Et hoc scriptum vendicionis in supradicta racione scripsi ego Smaragdus diaconus et notarius et interfui acto Mense et indictione supernominatis.
Jhoannes qui supra iudex cartule huius testis existo.
+ ??????? ??? ?????????? ????
+ Ego sindolfus
+ Ego gaiderisi
Ego ioannes.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metropolitano della città di Trani (dal secolo IX fino all'anno 1266), documento n. 17

---

[Page 55]

**XVII.**
**Anno 1063.**

Alexander Episcopus servus servorum dei. Venerabili Fratri Bisantio Archiepiscopo Tranensi salutem et Apostolicam benedictionem. Si pastores ovium sole geluque pro gregis sui custodia die noctuque occupantur et ne que ex illis aut errando pereat, aut ferinis lacerata morsibus deliciat. oculis semper vigilantibus circumspectant. quanto sudore quantaque cura debemus esse pervigiles nos qui pastores animarum dicimur. Attendemus igitur susceptum officium exhibere, erga custodiam dominicarum ovium non cessemus ne in die examinis pro desidia nostra ante summum pastorem negligentie reatus excutiat unde modo onoris reverentia ita ceteros iudicamus. Ad quod utique exequendum, ut te strenuum et vigilantissimum valeas exhibere. Concedimus igitur atque per huius nostri privilegii paginam corroboramus. Archiepiscopatum Tranensem omniaque sibi pertinentia cum adiacentibus Pareciis suis videlicet[Page 54]

Polinianum et sanctum vitum cum suis pertinentiis. Monasteria quoque et cunctas ecclesias. Labellum et Cisternam. Minerbinum. Montem Milonem et Aquamtectam. Cauratum et Andrem. Barolum et Vigilias. cum omnibus suis pertinentiis et Ecclesiis constructis intus et foris. Monasteria etiam eisdem locis pertinentia tam Latina quam Greca. sed et Canusium civitatem cum omni suo rifugio et trasita. excepta Ecclesia Sanctorum Martyrum Johannis et Pauli que est sedes Barensis Archiepiscopi et quorum altare reliquie Sancti Sabini sunt recondite. Necnon et in omnibus que a superioribus temporibus prefate sedi Tranensi fuere competentia. Eo quidem ordine, ut pacifice his omnibus presideas Apostolica auctoritate sancientes et sub divini indicii obslentatione confirmantes ut neque Imperator neque Dux aut Marchio Comes vel vicecomes postremo neque magna vel parva persona super his omnibus et quecumque Ecclesie tue iuste competunt pravo ingenio fraternitatem tuam inquietare presumat. Quod si aliquis temerario hausu huic nostre Apostolice sanctioni te contrahire atque perverso studio inquietare tentaverit sciat se innodatum vinculis anathematis. donec domino et religioni tue digna emendatione satisfaciat. Preterea ad gloriam in xristo et curam palleum devotioni vestre ex more ad Missarum solemnia celebranda concedimus. Utendum quidem in maioribus festivitatibus. in nativitate videlicet domini, in Sancti Stephani protomartyris. In Sancti Johannis Evangeliste. in Epiphania domini, in Sabato Sancto, in dominica resurrectione, in Ascensione domini et Pentecoste, in nativitate

sancti Joannis Baptiste. in festivitatibus Sancte Marie, et in sollemnitatibus Sanctorum quorum corpora requiescunt in Ecclesia tua. et quando clericorum et Ecclesiarum consecrationem celebrabis. Hortamur itaque charitatem tuam, ut mores tui tanti honoris hornamento conveniant ut videlicet coram domino exempiis et verbis studeas esse conspicuus. Vita igitur tua filiis tuis sit regula ut si qua tortitudo in illis deprehenditur in ea omnino dirigatur. Nullum apud te locum odia nullumque favor indiscretus inveniat. Sacre benedictionis tue, iustisque iudiciis opus nulla venalitatis[Page 55]

interventio commaculet. Sit in te el boni Pastoris dulcedo, sit et iudicis severa districtio. Misericordia te pro ut virtus patitur pauperibus exhibe. Oppressis defentio tua subveniat. Opprimentibus modesta ratio contradicat quatenus domino miserante talis possis existere qualem sacra lectio precipit dicens. Oportet Episcopum irreprehensibilem esse, sed his omnibus uti salubriter poteris si virtutum magistram charitatem habueris. Quam qui secum custodit a recto tramite non recedit. Ecce frater carissime inter multa alia ista sunt sacerdotis ista sunt pallei. Que si studiose servaveris quod foris accepisse ostenderis intus habebis. Sancta Trinitas fraternitatem tuam semper sua protectione circumdet. Atque ita in timoris sui via nos dirigat ut post vite, huius amaritudinem in eternam suam dulcedinem pervenire mereamur.

BENE VALETE (NdR. Nella rota si legge: “Excitavit me deus in virtutem brachii sui”. Inoltre: “Magnus dominus noster | Et virtus magna eius”)

Data quintodecimo die mensis maggi per manus Petri cancellarii vice domini Annonis Coleniensis Archiepiscopi, anno tertio Alexandri Pape secundi. Ab incarnatione vero domini millesimo sexagesimotertio indictione prima.

(La Bolla qui sopra pubblicata non esiste più in archivio, perchè spedita in Roma nel 1618, in occasione d’una lite sorta fra gli Arcivescovi di Trani e Nazareth. Questa notizia nonché la copia della bolla è stata da me ricavata dal 2° volume dei Zibaldoni di Vincenzo Manfredi, che si posseggono oggi dal signor Domenico Vischi, il quale con la cortesia che fu sempre abituale in lui mi ha dato l’agio di trascriverla onde darla alle stampe.)

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metropolitano della città di Trani (dal secolo IX fino all'anno 1266), documento n. 18

---

[Page 58]

**XVIII.**
**Anno 1072.**

Anno ab incarnacione domini nostri ihesu xristi et redemptoris omnium millesimo septuagesimo secundo. Quarto anno regnante domino romano qui et diogheni. et cum eo regnantibus domino michahele et domino Constante porhirogenito quam et domino Andronico gloriosissimis imperatoribus nostris. Mense augusto decima indictione. Ideoque ego mulier nomine bisantia filia maraldi et relicta bisantii turmarche de civitate trane. Clarefacio quia pertinet michi habere res stabiles, et congruum est michi illas dare pro anima mea. Sicque feci exinde noticiam grimo filio samari et grimo filio tasselgardi. parentibus meis, et iaquinto et meli filiis ac mundoalt meis. Ut fierent michi consencientes in hac mea dacione quam pro anima mea fecere cupio. Et statim una cum ipsis misimus et fecimus ad nos convocare iohannes panthioti et kritis et petrum iudicem cum aliis bonis hominibus qui subter ascripti sunt. Et innotuimus illud eis. Unde prephati kritis et iudex me que supra mulierem exinde secundum legem diligenter inquisierunt, et sic per illorum inquisitionem et absolucionem. et consencientibus michi supradictis parentibus meis, et iamdictis filiis ac mundoalt meis atque ipsis denique kritis et iudicem secundum statuta legis carta manibus positis, bona mea voluntate ego que supra mulier bisantia per fustem seu et per hoc videlicet scriptum. Do atque trado sicut

dixi pro anima mea trasactive vobis falconi filio synderysii et mundoni
filio maraldi ex eadem civitate. Hec est integras supradictas
res meas stabiles quante michi sunt pertinentes de paterna et materna
substancia. seu et pro parte iamdicti viri mei aut undecunque
vel quomodocumque per quemcunque hordinem. tam de iutus eadem
civitate quam et de foris ubicunque. Et ex predicta mea dacione
in supradicta racione nec michi que supra mulieri datrice neque
ad heredes meos neque ad nullum quempiam hominem porcionem[Page 59]

aut sorcionein ibidem reserbavimus requirendum. set una cum inferioribus
et superioribus cum trasitis et exitis suis et cum omnibus
infra se habentibus integras iamdictas res meas stabiles trasactive
vobis qui supra nominati falconi et mundoni dedi pro anima
mea possidendum. Unde pro predicta mea dacione in supradicta
racione nicbit aliud exinde a vobis quero preter missas et oraciones
ad dominum pro anima mea. Quatenus a presenti die iamdicta
mea dacio qualiter prelegitur pro supradicta racione habeatis
et possideatis tam vos qui supranominati falconi et mundoni
quam et vestri heredes. et faciatis exinde omnia quod volueritis.
Deinde convenientibus, nobis, statim ego que supra mulier bisantia.
bona mea voluntate guadiam dedi vobis qui supranominati
falconi et mundoni. consencientibus michi iamdictis parentibus
meis, et predictis filiis ac mundoalt meis atque per largienciam de
prephali kriti et iudex et mediatores vobis posui iamdictos filios
meos. ea racione. Ut omni tempore ego et mei heredes, defendamus
vobis vestrisque heredibus iamdicta mea dacione in superdicta
racione a nobis ipsis et ab heredibus nostris et ab omnibus
hominibus. Idem si nos vobis minime in supradicta racione antistare
et defendere potuerimus aut si nos ipsis ea que prelegitur
per quodlibet ingenium removere aut retornare vel contrare voluerimus.
primis omnium questio nostra sit inanis et vacua insuper
autem et quinquaginta solidos constantinianos vobis componere placitamus
per iamdictam guadiam et per districtos supernominatos
mediatores. Et inantea ea que prelegitur adimpleamus vobis vestrisque
heredibus omni tempore per invitis. et vos qui supra nominati
mediatores tribuimus vobis vestrisque heredibus licenciam sine
compellere nos et nostros heredes pignorare per omnes causas
nostras legitima et illegitima pignora. donec adimpleantur vobis ea
que prelegitur. Et ex hoc quod prelegitur facta sunt duo scripta
illud ad habendum tu qui supra falco et tuos heredes. et ipsum
aliud ad habendum tu qui supra mundoni et tui heredes. que
scripta sunt per manum Alphani notarii eo quod interfuit. Acto
Mense et supranominata indictione.[Page 60]

+ ??? ??????????? ??????? ??? ??? ??????? ??? ?????? ? ??? ?????????
??????????
+ Hoc petrus iudex ego profero verum. Constat hoc certum
esse quod hic legitur
Ego samaro
+ ???????????? ?? ??????? ?????? ???????? ?? ????? ??? ?????.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro
# all'anno 1266), documento n. 19

[Page 60]

**XIX.**
**Anno 1075.**

In nomine dei eterni et salvatoris nostri ihesu xristi. Anno millesimo septuagesimoquinto ab incarnacione eius. regnante domino ruberto invictissimo duce Italie Calabrie et Sicilie. Mense aprelio terciadecima indictione. Ideoque nos iohannes diaconus et notarius atque medico, et maior et risandus germani et filii adelmundi de civitate trane. Clarefacimus quia disigius filius iohannis monachi ex eadem civitate. obtulit pro anima sua in ipsam sorcionem nostram de ecclesia sancti viti martiris xristi. que sita est foras eadem civitate unam vineam de cluso propinquo genio. iuxta vineam balsami filii grisantii monachi, et iuxta vinea deserta que fuerat dokybili et iuxta vineam falconi presbiteri qui fuit de loco iana. et sorcionem de ipso palmento cum pila et platea quod residet in eodem cluso iuxta carraria. Et congruum est nobis eadem vinea cum sorcione de predicto palmento et pila et platea. Accomunare cum cristano magistro et maio germani et filii benedicti monachi. et cum muliere nomine iaquinta filia risandi presbiteri qui sunt sorlifices nostri, in iamdicta ecclesia, quapropter bonis quidem nostris volunlatibu quam et ante presenciam iohanni pantheoti et krilis aliorumque testium subterscriptorum. per fustem accomunavimus atque misimus in commune inter nos et toti qui supra nominali iamdicta vinea et sorcione de predicto palmento cum pila et platea. tali quidem racione. Ut omni tempore nos qui supranominati germani et nostri heredes, una cum totis ipsis qui supra nominatis et cum illorum heredibus. demus iamdicta vinea et sortione de predicto palmento cum pila et platea, de presbitero in[Page 61]

presbitero qui per nos et eis tenero paruerit eandem ecclesiam. Sic itaque ut diebus vite mee qui supra iohanni mee sit potestati dare eadem vinea cum sorcione de iamdicto palmento et pila et platea sua. de presbitero in presbitero qui pro me qui supra iohanni et de germani mei et de totis qui supra nominati debet tenere et regere prephatam ecclesiam. Pro quibus et bonis nostris voluntatibus per convenienciam guadiam dedimus eidem cristano. et maraldo filio dationis quam a nos recepit ipse qui supra cristanus vice sua. et vice prenominati maioni germani sui. et ipse qui supra maraldus vice iam dicte iaquinte genitricis sue et mediatores eis posuimus nos ipsos ea racione ut si ea que prelegitur removere aut retornare vel contradicere voluerimus et non adimpleverimus exinde omnia qualiter superius legitur. Et in aliqua angustia vel causaciones eos exinde miserimus vel permittere presumpserimus obligamus nos qui supra nominati iohannes diaconus et maiore et risandus et nostros heredes per iamdictam guadiam et per districtos nos ipsos mediatores. dare eis illorumque heredibus viginti solidos constantinianos et ea que prelegitur adimpleamus pro invitis. Et nos ipsos mediatores tribuimus eis licenciam sine compellere nos et nostros heredes. pignorare per omnes causas nostras legitima et inlegitima pignora. donec adimpleamus ea que prelegitur. Et hoc scriptum in supradicta racione scripsi ego iacinthus notarius et interfui acto Mense et indictione supranominatis.
??? ??????????? ??????? ??? ??? ??????? ??? ?????? ? ??? ?????????
??????????
Ego Samaro
Ego dokibilis

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro

[Page 61]

**XX.**
**Anno 1087.**

XP Gregorius episcopus servus servorum dei. Dilectissimo in domino filio. et fideli nostro. Maiori tuisque filiis ac nepotibus. Quotiens illa a nobis tribui sperantur. que rationi incunctanter conveniunt animos nos decet libenti concedere, et petentium desideriis[Page 62]

congruum impertiri suffragium. Atque Ideo quia postulastis a nobis. Quatinus ex nostra munificentia nostroque donum nostraquo auctoritate. Confirmamus tibi tuisque filiis ac nepotibus. Monasterium vestrum quod est in honore sancti iohannis baptiste in civitate iuvenacii sicut a vestris parentibus edificalum est. Cum omma bona mobilia et immobilia predicti vestri monasterii. quecumque modo iuste et legaliter possidet. et ei iuste pertinere videtur. per qualecumque contractum. et etiam illa que a modo ei iuste et legaliter evenire poterunt. Liceat vos illum omnium hominum contradictione remota. Ut nullus umquam nr successorum nostrorum, nullus archiepiscopus. episcopus, excomunicationem aut ibidem aliqua violentiam aut oppres facere. Et nullus dux. nullus comes. vicecomes. aut alia nulla magna parvaque personam. tibi tuisque filiis aut nepotibus exinde aliquod impedimentum facere. aut controversiam. Si quis autem quod non optamus temerario ausu. contra huius nostri privilegii extiterit perpetuis anahematis maledictio sit innodatus. et regno dei alienus. et insuper compositurus existat ad palatium nostrum. C. auri solidos. et tibi supra dicto tuisque filiis ac nepotibus quinquaginta. At vero. quipio intuitu custos et observator huius nostri privilegii extiterit benedictionis gratia ac celestis regni gaudiis a misericordissimo domino deo nostro consequi mereatur in secula seculorum amen. Scriptum per manum Petri notarii nostri palatii. in mense aprilis indictione prima.

BENE VALETE (Nella rota si legge: Confirma hoc deus | quod operatus es in nobis. Gre|gorii | VII | Pape)[Page 63]

Data undecima Kal. aprilis per manos Gregorii diaconi cancellarii M. . . . ecari. Anno domini Gregorii septimi pape anno quinto indictione prima. — (vi è il suggello di piombo).

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro
all'anno 1266), documento n. 21

**XXI.**
**Anno 1082.**

In nomine dei Eterni et salvatoris nostri ihesu xristi anno millesimo octuagesimo secundo ab incarnacione eius regnante domino rubberto gloriosissimo duce italie Calabrie atque Sicilie. Mense februario quinta indictione. Ideoque ego mulier nomine maria que et kyrazza filia petri uxor iaquinti filii petri de civitate tranc. Clarefacio astante mecum predictos iaquintus vir meus ante presenciam iohannis pantheoti et cryli aliorumque testium subterscriptorum quia leticia genitrix mea dedit pro anima sua petro filio disigii ex predicta civitate. Una pezza de vineis et sorcione de palmento in cluso ubi dicitur stylla mediana. et tres pezzis de terris in loco qui dicitur lamacupa. et una pezza de terra et arboribus. et lametella de terra cum arboribus qui fuisse videntur in loco qui dicitur milionico. ut ipsum scriptum continet quod exinde factum est. Et prefatus petrus fìlius iamdicti disigii donavit illa ad prenominatum petrum genitorem meum qualiter illud declarat ipsum scriptum quod exinde fecit iamdictus genitor meus. post hec idem petrus genitor meus dedit atque offeruit locum quod prelegitur pro anima sua in ecclesia monasterii sancti iohannis apostoli et evangeliste de loco qui dicitur turricella et ecclesie monasterii sancti benedicti ex intus predicta civitate. quod totum illud quod prelegitur recepit ab eo vice de iamdictis monasteriis domino angelo presbitero et monacho atque preposito de ys dictis monasteriis. Ut illud per ordinem declarat ipsum scriptum offercionis quod exinde factum est. Et quia idem prepositus habet dubietatem ne forte ego que supra maria vel heredes meos aut qualiscumque homo intromittamus nos aut contremus vel tollamus partibus de iamdictis monasteriis prefata pezza de vineis. et illud de iaimdicto

palmento et predictis tres pezzis de terris de iamdicta lama cupa. et prefata pezza de terra et iamdictis arboribus et predicta lameiella cum arboribus. Proinde pro remedio et salute animo mee ut pars de iam dictis monasteriis securiter possint illud habere. bona mea voluntate per convenienciam ante prefatum pantheoti et cryti et de iamdictos subscriptos testes consenciente michi prenominatus iaquintus vir meus. et iamdictus petrus genitor meus. et urso parenti meo filio maraldi. Atque interrogata et inquisita et absoluta ab eodem cryti secundum legem. bona mea voluntate guadiam prenominato angelo presbitero et monacho atque preposito dedi quam ipse a me recepit vice de iamdictis monasteriis. et mediatorem ei posui prenominatus iaquintus vir meus Ea racione. Ut aliquando tempore nec ego nec mei heredes intromittamus nos aut contremus vel tollamus eis iamdicta pezza de vineis seu predictas sorciones de iamdicto palmento ut est cum pila. aut predictis tres pezzis de iamdicta lama cupa. vel ipsa predicta pezza de terra et iamdictis quidem arboribus seu aliquid ex totum quod prelegitur eciam et defendamus omnia que preleguntur ad partes de iamdictis monasteriis et ad illius rectoribus a nobis ipsis et ab heredibus nostris quam et a prenominata leticia genetrice mea et ab ipsa stratia necnon et ab omnibus hominibus qui se ibidem intromiserit. aut contraverit vel tulerit ad partes de iamdictis monasteriis illud quod prelegitur. Aut aliquid exinde per quamlibet in ventam racionem. Set sic habeant illud firmiter atque securiter quo animo illud offeruit iamdictus genitor meus in prefatis monasteriis. ut ipsum scriptum offercionis declarat. quod exinde factum est. quod si taliter qualiter prelegitur non adimpleverimur et defensaverimus ad partes de iamdictis monasteriis illiusque rectoribus omnia que preleguntur in supradicta racione aut in aliqua angustia vel causaciones exinde eos miserimus per nos ipsos aut per summissam personam per quodlibet ingenium. obligo me et meos heredes per iamdictam guadiam et per districtum supranominatum virum meum mediatorem. dare ad partes de prephatis monasteriis et ad illius rectoribus quinquaginta.
(I1 resto della pergamena manca perchè tagliata con forbice).

**XXII.**
**Anno 1090.**

Urbanus Episcopus Servus Servorum Dei Karissimo ac Reverendissimo Fratri Bisantio Tranensi Archiepiscopo Salutem et Apostolicam benedictionem.
Potestatem ligandi ac solvendi in celis et in terra Beato Petro ejusque successoribus principaliter traditam illis Ecclesia verbis agnoscit. quibus Petrum est idem Dominus allocutus. Quecumque ligaveris super terram erunt ligata et in celis. et quecumque solveris super terram erunt soluta et in celis. Ipsi quoque et proprie firmitas et aliene fidei confirmatio eodem Domino auctore probatur cum ad eum dicit. Rogavi pro te. ne deficiat fides tua. et tu aliquando conversus confirma fratres tuos. Oportet ergo Nos. qui licet indigne Petri residemus in loco prava corrigere. recta firmare. et in omni Ecclesia sic disponenda disponere. ut de vultu ejus judicium nostrum prodeat et oculi nostri videant equitatem. Tibi igitur. dilectissime Frater Bisanti totum Tranensem Archiepiscopatum. sicut tibi a nostris predecessoribus ibi traditum est confirmamus. Salva igitur Romane auctoritate Ecclesie. absque prejudicio justitie quarumlibet Ecclesiarum sequentes tenorem quo nostrorum continentur privilegiis predecessorum tranensis Ecclesie possessiones sive dioceses tibi tuisque successoribus tradimus quecumquo ad eam juste ac legaliter pertinere probabitur. Nominatim itaque tibi tuisque successoribus Tranensem matrem Ecclesiam presentis pagine auctoritate confirmamus et omnia juste et legaliter pertinentia. videlicet Polinianum. Sanctum Vitum. Monasteria quoque et cunctas. . . . . . . . . . . . Labellum. et Cisternam. Minervinum. Montem milonem. Aquamtectam. Coratum. Andren. Barolum. Vigilias. cum omnibus suis pertinentiis. et ecclesiis constructis intus et foris. sive Monasteriis ad loca eadem pertinentibus. tam latinis quam grecis. Sed et Canusium civitatem cum omni suo refugio. ecclesia sanctorum Johannis et Pauli excepta. que est[Page 66]

sedes Barensis Archiepiscopi. nec non et omnia que a superioribus temporibus Tranensi sedi fuere competentia. nostrorum concessione antecessorum. Preterea vobis omnia concedimus que nostrorum privilegiis predecessorum juste ac legaliler contineatur. Pallei etiam usum tibi in majoribus festivitatibus conferimus. Idets Nativitate Domini. Sancti Stephani. Epiphania Domini. Cena Domini. Sabato sancto. Resurrectione. Pentecoste. Natali S. Jobannis bapliste in Nativitate omnium Apostolorum. Tribus festivitatibus Sancte Marie. commemoratione omnium Sanctorum. in consecratione ecclesiarum et basilicarum et clericorum. In diebus martirum quorum corpora in tua ecclesia requiescunt. Hortamur itaque karitatem tuam. ut mores tui tanto ornamento conveniant. Sit in te et boni pastoris dulcedo et iudicis severa districtio. quatenus domino miserante talis possis existere. qualem sacra lectio precipit dicens. Oportet episcopum irreprehensibilem esse. Sed his omnibus uti salubriter poteris. si virtutum magistram caritatem habueris. Ecce frater carissime inter multa alia ista sunt sacerdotii. ista sunt pallei. Que si servaveris studiose que foris accepisse ostenderis intus habebis. Preter hec omnia volumus. optamus. atque statuimus. ut tranensis ecclesia nulli unquam nisi romane ecclesie debeat subiacere. cui semper subiacuisse probatur. et in perpetum subiacebit amen. amen. amen.
Nella rota si legge: + Benedictus Deus eternus pater domini nostri Jesu Xristi. - S Petrus | S Paulus | Urbanus | Papa | I|I[Page 67]

Data apud tranum. Per manum iohannis diaconi Anno pontificatus domini urbani pape II indictione XIII.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metropolitano della città di Trani (dal secolo IX fino all'anno 1266), documento n. 23



**XXIII.**
**Anno 1097.**

In nomine dei Eterni et salvatoris nostri ihesu xristi. Anno millesimo nonogesimoseptimo ab incarnacione eius sextodecimo anno regnante domino Alexio gloriosissimo imperatore Mense iunius quinta indictione. Ego Sinatora filius smaragdi protofi….. de civitate trane. Combocavi bonos homines qui subter ascripti sunt, et ante eorum presenciam comprehensi unam casam orreatam cum sorcione curtis intus eadem civitate. quod ante hos annos petrus filius mandonis anteposuit michi secundum continenciam scripti mei debiti et anteposicionis quod exinde habeo. Et hoc scriptum scripsi ego dardanus protonotarius et interfui acto Mense et indictione supranominatis.
+ ?????? ???? ???????? ?? ??????? ??????? ??? ?????? ???????? ?????? ?????
+ ego pao testis sum.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro 1266), documento n. 24

[Page 67]

**XXIV.**
**Anno 1098.**

Anno ab incarnacione domini nostri ihesu xristi millesimo nonogesimo octavo septimodecimo anno regnante domino alexio gloriosissimo imperatore Mense aprelis sexta indictione. Ego sergius filius iaquinti de civitate trane. Ante presenciam sassonis iudicis aliorumque subscriptorum testium Per fustem dono atque confirmo tibi goffrido senescalco filio sindolfi predicle civitatis integram sorcionem quam michi habere pertinet in ecclesia sancti pauli apostoli que est foras prope eandem civitatem et in omnibus rebus stabilibus et mobilibus perlinentibus eidem ecclesie. Ex qua videlicet[Page 68]

mea donatione recipi a te goffrido senescalco launegiltum unum mantellum sericum. Quatinus a presenti die eandem meam donationem per supradictam rationem habeas tu qui supra goffridus senescalcus et tui heredes et faciatis exinde quicquid volueritis ipsum verum stavilem una cum inferioribus et superioribus cum trasitis et exitis suis et cum omnibus intra se habentibus. Unde et bona mea voluntate ego qui supra sergius guadiam tibi prenominato goffrido senescalco dedi. et mediatorem tibi posui me ipsum ea racione. Ut omni tempore ego et mei heredes defendamus tibi tuisque heredibus iamdictam meam donationem ab omnibus hominibus qui pro nostris partibus illam vobis tollere vel contrare voluerint per quodlibet ingenium. Quod si taliter qualiter prelegitur vobis non adimpleverimus et in aliquam angustiam vel causaciones vos exinde miserimus per quodlibet ingenium obligata pena subiaceamus dare vobis decem solidos constantinianos et hoc quod prelegitur adimpleamus vobis inviti. Et ego ipse mediator tribui vobis licentiam sine compellere me meosque heredes pignerare per omnes causas nostras legitima et inlegitima pignora donec adimpleamus vobis ea que preleguntur. Et hoc scriptum scripsi ego Smaragdus notarius qui interfui. Actum Mense et indictione supranominatis.
+ Hoc Valido firmo proprio quoque stegmate signo qui supra iudex nomine Sasso vocor.
+ Ego pavo
+ Ego alfanus.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro
# all'anno 1266), documento n. 25

[Page 68]

**XXV.**
**Anno 1099.**

Urbanus Episcopus servus servorum dei. clero et ordini nobilibus et plebi trano consistentibus salutem et apostolicam benedictionem. Cum largiente domino nuper cum magna episcoporum abatumque frequentia synodale concilium ageremus. venerabilis frater noster Bizantius vestre civitatis archiepiscopus venerabilis viri[Page 69]

nicolai qui apud vos peregrinus cognominatur. nonnulla miracula coram universo concilio scripta edita recitavit. et eundem dei hominem auctoritate nostra. sanctorum catalogo annumerari instantissime postulavit. Nos igitur causam ipsam eidem fratri nostro commisimus. de eius nimirum probitate ac scientia nichil hesitantes. ut que ei melius revelante domino visum fuerit maturiori deliberatione constituat. ad laudem et gloriam illius qui gratuita misericordia famulos suos mirifice glorificare consuevit.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro
# 1266), documento n. 26

[Page 69]

**XXVI.**
**Anno 1104.**

In nomine dei Eterni et salvatoris nostri ihesu xristi Anno millesimo centesimo quarto ab incarnacione eius. et vicesimotercio anno regnante domino alexio gloriosissimo imperatore Mense ianuario duodecima indictione. Nos leo et iaquintus germani filii teudelperti. de civitate trane Declaramus quia pertinet goffrido senescalco filio sindolfi eiusdem civitatis habere integram medietatem in una ecclesia cuius vocabulum est sanctus michael arcangelus de loco zio. et in omnibus rebus pertinenciis stabilibus atque mobilibus. Quam et in reliqua medietate eiusdem ecclesie et de eius pertinenciis que sunt octo sorciones pertinent exinde eidem goffrido tres sorciones. Et ipse relique quinque sorciones ex predicta medietate eiusdem ecclesie cum suis pertinenciis pertinent nobis qui supra nominati germani. Et congruum est nobis illas vicariare. Quapropter ante presenciam Sassonis et samari iudicum aliorumque subscriptorum testium. bonis nostris voluntatibus nos qui supranominati germani leo et iaquintus. Per fustem tradimus atque vicariamus tibi domine petre venerabili abbati monasterii ecclesie sancte et gloriose dei genitricis semperque virginis marie de colonie insula. astante tecum prenominato goffrido senescalco. Hoc est de iam nominata medietate prefatas quinque sorciones predicte ecclesie cum iamdictis suis rebus stabilibus atque mobilibus. quas tu qui supra domino abbati recepisti illud vice iamdicti monasterii.[Page 70]

preter unam terram quam ante hos annos iaquiutus barbanus meus filius petri dedit iohanni de civitate Andre filio . . . . . Ex qua videlicet nostra vicariacione statim nos qui supranominati germani leo et iaquintus recepimus in vicaria a te qui supra nominato domino petro abbati unam pezzam vinee et unam pezzolam terre tripizzam iuxta eandem pezzam. Et pro causa melioracionis ecclesiarum dei adiunximus tibi domino petro abbate decem solidos michalatos bonos. Quatinus a presenti die eandem nostram vicariacionem transactive habeat et possideat pars prefati monasterii ipsum vero stabile cum inferioribus et superioribus atque cum introitibus et exitibus suis omnibusque infra se habitis et faciat exinde quicquid voluerit. Deinde convenientibus nobis statim nos qui supranominati germani leo et iaquintus guadiam tibi qui supra domine petre dedimus et mediatores tibi posuimus nos ipsos astante tecum prefato advocato quod a nobis recepisti vice iamdicti monasterii hac racione. Ut omni tempore nos et nostri heredes defendamus ad partem prenominati monasterii iamdictam nostram vicariacionem ab omnibus hominibus. Necnon ab omni servicio dominico, quod si taliter qualiter prelegitur prefati monasterii non adimpleverimus. Et in aliquam angustiam vel causaciones pars eiusdem monasterii miserimus per quodlibet ingenium obligata pena subiaceamus dare tibi qui supra domino abbati vel parti eiusdem monasterii solidos quinquaginta constantinianos. Et hoc quod prelegitur adimpleamus inviti. Et nos ipsi qui supranominati germani leo et iaquintus mediatores tribuimus tibi qui supra domino abbati vel parti eiusdem monasterii licenciam sine compellere nos et nostros heredes pignorare per omnes causas nostras legitima et inlegitima pignora donec adimpleamus ea que preleguntur. Et hoc scriptum scripsi ego dardanus protonotarius et interfui acto Mense et indictione supranominatis.
+ Hoc valido, firmo, proprio quoque stegmate signo, qui supra iudex nomine sasso vocor.
+ Samarus iudex.
+ Confirmat scriptum leo testis idoneus illud.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro
# documento n. 27

[Page 71]

**XXVII.**
**Anno 1112.**

Anno ab incarnacione domini nostri ihesu xristi Millesimo Centesimo Duodecimo et tricesimo primo anno regnante domino alexio magnifico imperatore Mense Julio Quinta indictione. Ego leo filius meli civitatis caurati presente eustasio iudice et aliis subscriptis testibus. Voluntarie venundo atque per fustim trado tibi atenolfo dei grada sacerdoti filio iohannis de predicta civitate. in ?muricino eiusdem civitatis unum casilem tecum stante petracca filio iacinthi. Quod casilem circumdatur ab his finibus. de prima parte a media palumbola est pariter tantum casilem de dominico. quantum tibi venumdedi. de secunda parte a media strictolina est domos iohannis filii maionis. A tercia parte foras ostia est tabulatum cum scalis petrarum et trasenda publica. Ex quarta vero parte foras ostia est similiter trasenda publica. Sic ti tradidi ipsum casilem cum inferius et superius cum trasitis et exitis suis et cum omnibus que intra se habentur. ad faciendum de ipso et in ipso tu et tui heredes quicquit volueritis. Et pro ista mea vendicione. Recepi a te prenominato sacerdote tecum stante prenominatum petraccam finitum precium triginta milliarenses bonorum follerorum. Deinde vadiam tibi domino atenelfo sacerdoti dedi tecum stantem prenominatum petraccam et fideiussorem tibi posui iacobum filium sassonis ut ego et mei heredes defensores fiamus tibi tuisque heredibus ex eadem vendicioue. a nobis ipsis et a nostris heredibus et a quarta mee uxoris et omnibus hominibus vos inde quesituri. Quod si noluerimus seu non potuerimus vel adversus ea que superius leguntur fecerimus componamus vobis viginti solidos bonos skifatos hoc scripto in suo robore permanente. Et ego predictus iacobus fideiussor tribui vobis licenciara sine compellacione me meosque heredes pignerandi in rebus licitis et inlicitis donec adimpleantur[Page 72]

que preleguntur. Quod scriptura vendicionis in supradicta racione scripsi ego Robbertus notarius quia ibi fui.
+ Ego heustasius qui supra iudex.
+ Ego Urso.
+ Ego Urso.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro
# 1266), documento n. 28



**XXVIII.**
**Anno 1120.**

Calixtus episcopus servus servorum dei venerabili fratri bisantio tranensi archiepiscopo eiusque successoribus canonice substituendis in perpetuum. Dignitatem ecclesiis vel personis predecessorum nostrorum privilegiis attributam. nos quoque inconcussam volumus auctore domino conservari. Eapropter Rarissime in xristo frater bizanti tranensis arehiepiscope. petitioni tue per comunem filium baialardum sedis nostre diaconum cardinalem. clementer annuimus. et sanctam tranensem ecclesiam cui deo auctore presides. ad exemplar predecessorum nostrorum. auctoritate sedis apostolice communimus. Per presentis igitur privilegi paginam. tibi tuisque successoribus in perpetuum confirmamus. quicquid dignitatis. et quicquid parrochiarum ad tranensis archiepiscopatus ecclesiam cognoscitur pertinere. urbem videlicet tranensem. Coratum. Andrem. Barulum. Vigilias. cum omnibus pertinentiis suis et ecclesiis constructis intus et foris. monasterium Sancte marie de monte. quod in territorio tranensis civitatis situm est. cum aliis monasteriis et ecclesiis ad predicta loca pertinentibus. et quecunque alia ad vestram ecclesiam iuste atque canonice pertinere noscuntur. Palici etiam usum tibi tuisque successoribus in festivitatibus illis habendum concedimus. que romane ecclesie concessione distincte sunt. Scilicet Nativitatis domini. Sancti Stefani. Epifania domini. Cena domini. Sabato sancto. Resurrectione. Ascentione. Pentecoste. Nativitate sancti Johannis baptiste. In natale omnium apostolorum. Tribus festivitatibus sancte marie. Commemoratione omnium sanctorum. in consecratione

ecclesiarum. altarium. et clericorum. in diebus confessorum quorum corpora in tua ecclesia requiescunt. Cuius nimirum pallei volumus te per omnia genium vendicare. Huius siquidem indumenti honor. humilitas atque iustitia est. Tota ergo mente fraternitas vestra se exhibere festinet. in prosperis humilem. et in adversis siquando eveniunt cum iustitia erectam. amicam bonis. perversis contrariam. Nullius umqnam faciem contra veritatem suscipiens. nullius umquam faciem pro veritate loquentem premens. misericordie operibus iuxta virtutem suhstantie insistens. et tamen insistere etiam supra virtutem cupiens. Que est frater carissime pallei accepti dignitas quam si sollicite servaveris quod foris accepisse ostenderis intus habebis. Preterea confirmamus. ut idem tranensis archiepiscopatus. cum parrochiis sicut ex predecessorum nostrorum privilegiis institutum est. perpetuo sine diminutione permaneat. et romane tantum ecclesie subiectus in perpetuum cum omni dignitate sua et integritate persistat. Sancta trinitas fraternitatem tuam glorificet. sua protectione circumdet. et ad finem qui non finitur pervenire concedat. amen.
Ego Calixtus catholice ecclesie episcopus.
Nella Rota: + Firmamentum fecit dominus timentibus eum - S(an)c(tu)s Petrus | S(an)c(tu)s Paulus | Cali|xtus P(a)p(a) | II
Data Troie per manum Grisogoni sancte romane ecclesie diaconi cardinalis ac bibliotecarii VIII.° idus novrembris indictione XIIII. Incarnationis dominice anno M.° C.° XXI.° pontificatus autem domini Calixti secundi pape anno II.

(Vi è il suggello di piombo).

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro
# 1266), documento n. 29

[Page 74]

**XXIX.**
**Anno 1125.**

Anno Millesimo Centesimo vicesimo quinto incarnato domino nostro ihesu xristo. Anno vero septimo imperante domino Caloiohanne porphirogenito. Mense aprili indictione tercia. Nos iohannes qui et comescurie filius pavonis et zarbanella filia alfani et iohannes filius barde civitatis trani. Declaramus quia pertinet nobis qui supra comescurie et zarbanelle et bisancie uxori mee qui supra iohannes et dottule sororibus filiabus bisancii eiusdem civitatis habere integram terciam partem de locis et aquis eorum quomodo incipiunt a parte occidentis a medio gialo maiore quod est a pinna que dicitur carbonarese et vadit in locum de mediis fontanellis que sunt a parte orientis. et pertinet nobis qui supra comescurie et zarbanelle ac eisdem sororibus mittere per singulos annos duos homines ad piscandas ipsas aequas. michi que supra zarbanelle unum ex his duobus et michi qui supra comescurie modium ex altero horum et eisdem sororibus reliqum medium ex his. quas aquas iam per quadraginta quatuor annos per nos el per nostros priores piscavit iohannes filius falconis monacus eiusdem civitatis. qui dedit nobis annualiter tempore sipiarum quatuor ligaturas de sipiis bonis. michi que supra zarbanelle ex bis duas ligaturas. et michi qui supra comescurie una ex his quatuor ligaturis et eisdem sororibus reliqua ligatura. Nos autem coram subscriptis testibus. nos qui supra comescurie et zarbanella vice nostra et ego qui supra iohannes vice earumdem sororum per fustem tradentes voluntarie dedimus eidem iohanni iamdictam terciam partem ad piscandum eciam a modo in antea quousque nostra et earundem sororum fuerit voluntas. Unde ipse ioannes daturus est nobis pro tempore quo tenuerit annualiter quatuor ligaturas de sipiis bonis ut dictum est inter nos dividendas. Unde et comvenienter guadiam et nos mediatores eidem iohanni dedimus ut quousque ipse tenuerit illud quod dictum est[Page 75]

per nostram et earumdem sororum voluntatem nos nostrique heredes defendamus illud ei ab omnibus hominibus. Sin autem obligata pena subiaceamus dare ei viginti solidos schifatos bonos predata observaturi. Et nos mediatores tribuimus ei licenciam sine compellere nos nostrosque heredes pignorare per omnia nostra leggitima et illeggitima donec adimpleamus ei prefata. Unde et facta sunt duo scripta istud ad abendum ego qui supra zarbanella et eadem sorores nostrique heredes et alterum ad habendum ego qui supra comescurie meique heredes. Que scripta scripsi ego iohannes notarius qui interfui.?+ Ego Petrus.
+ Ursonis natus iaquintus firmo ratus.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro
1266), documento n. 30

[Page 75]

**XXX.**
**Anno 1126.**

Anno Millesimo Centesimo vicesimosexto incarnato domino nostro ihesu xristo. Anno vero octavo imperante domino Caloiohanne porphirogenito. Mense ianuario indictione quarta. Nos petracca iudex filius iohannis et eustasius filius sergii et romualdus filius perii civitatis trani. Declaramus nos habere unam ecclesiam cuius vocabulum est sanctorum apostolorum andree et thome sitam in loco latu novo cum casis et curte et viridiario suis que ecclesia et cetera predicta pariter atque equaliter sunt comunia nobis preter sorcionem pertinentem michi qui supra iudici in cisternis que sunt in eodem viridiario et in duabus foveis que sunt in ipsa curte. et preter casam et casellam quas idem genitor meus qui supra eustasius fecit laborare de proprio suo expendio in eadem curte secundum continendam de scriptis meis. Nos autem coram subscriptis testibus conveniencie pacto internos conscricto invicem inter nos guadiavimus invicem nobis ipsis inter nos factis mediatoribus. Ut aliquando nec nos nec nostri heredes habeamus potestatem dicendi aliquo modo quod[Page 76]

alicui ex nobis tribus pertinuisse habere in predicta ecclesia ac ceteris predictis plus quam alii nostrum. Sed semper sint comunia inter singulos ex nobis tribus edam equali porcione similiter et inter nostros heredes. in heredes tamen non in capite sed in stirpe. excepto illo de predictis cisternis et foveis pertinente michi qui supra iudici et preter tamdictam casam et casellam pertinentem michi qui supra eustasio que sic habeamus ut nobis habere pertinet. Defensores edam nos nostrique heredes simus inde invicem inter nos ab omnibus hominibus qui pro nostris partibus in predictis aliter quam dictum est dicere vel se intromittere vel habere aut removere voluerint sed ipse sorciones semper sint inter nos ut predictum est. Edam ego qui supra romualdus meique heredes simus inde defensores vobis predicti iudex et eustasi vestrisque heredibus a caliza avia mea et a garza matertera mea et ab omnibus hominibus ab earum parte venientibus. Jam dicta vero ecclesia cum eisdem casis et curte et viridiario suis est ab oriente iuxta viam carrariam. a meridie extra parietem iuxta terram cum arboribus fogari vigiliensis. est et inantea extra parietem terra cum arboribus iohannis et angeli germanorum filiorum fanitrazi. et revolvendo in parte septentrionis et regirando in parte occidentis similiter extra parietem est terra cum arboribus leonis iudicis eiusque sortificum. Ab occidente iuxta viam descendentem a loco priminiano. A septentrione iuxta viam carrariam que convergit se in primo fine. Que nisi invicem inter nos nostrosque heredes adimpleverimus et in aliqua angustia nos exinde invicem miserimus obligata pena subiaceat illa pars que illa omnia prefata non adimpleverit vel observaverit viginti solidos schifatos bonos dare ad illam partem que hec adimpleverit vel observaverit et omnia prephata adimpleat. Et nos ipsi mediatores tribuimus invicem nobis licendam sine compellere invicem nos nostrosque heredes pignorare per omnia nostra legitima et illegitima donec adimpleamus invicem nobis prephata. Unde et facta sunt tria scripta aliud ad habendum ego qui supra eustasius meique heredes. et aliud ad habendum ego qui supra petracca iudex meique heredes et aliud[Page 77]

ad habendum ego qui supra romoaldus meique heredes. QUE SCRIPTA SCRIPSI EGO JOHANNES NOTARIUS QUI INTERFUI.
+ Actor non damnes firmat quia certa iohannes.
+ Ego Petrus testis sum.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro

[Page 77]

**XXXI.**
**Anno 1130.**

Anacletus Episcopus servus servorum Dei Venerabili fratri Ubaldo Tranensi Archiepiscopo eiusque successoribus canonice substituendis in perpetuum.
Ex concessa nobis ecclesiarum omnium providentia ad nostrum spectare videtur officium. ut quod rationabiliter pio predecessorum nostrorum perspectu statutum esse dinoscitur. nos qui in eorum loco divina subrogati dispositione conspicimur. oportuno tuitionis nostre robore muniamus. Eapropter Karissime in xristo frater Ubalde Tranensis archiepiscope petitioni tue clementer annuimus.
et sanctam Tranensem ecclesiam cui deo auctore presides. ad exemplar predecessorum nostrorum auctoritate sedis apostolico communimus. Per presentis igitur privilegii paginam tibi tuisque successoribus in perpetuum confirmamus quicquid dignitatis et quicquid Parrochiarum ad Tranensis archiepiscopatus ecclesiam cognoscitur pertinere. Urbem videlicet Tranensem. Coratum. Andrem. Barulun. Vigilias. cum omnibus pertinentiis suis. et ecclesiis constructis intus et foris. Monasterium sancte Marie de Monte.
quod in territorio Tranensis civitatis situm est. cum aliis monasteriis et ecclesiis ad predicta loca pertinentibus. et queeumque alia ad ipsam ecclesiam iuste atque canonice pertinere noscuntur.
Pallei etiam usum. tibi tuisque successoribus in festivitatibus illis habendum concedimus. que Romane ecclesie concessione distincte sunt. Scilicet Nativitatis domini. Sancti stephani. Epifania domini. Cena domini. Sabbato sancto. Resurrectione. ascensione. Pentecoste[Page 78]

Nativitate sancti iohannis baptiste. In natale omnium apostolorum. Tribus festivitatibus sancte Marie. Commemoratione omnium sanctorum. In consecratione ecclesiarum. altarium. et clericorum.
In diebus confessorum. quorum corpora in tua ecclesia requiescunt. Cuius nimirum Pallei volumus te per omnia genium vendicare. Huius siquidem indumenti honor. humilitas. atque iustitia est. Tota ergo mente Fraternitas vestra se exhibere festinet. in prosperis humilem. et in adversis siquando eveniunt cum iustitia erectam. Amicam bonis. Perversis contrariam. Nullius umquam faciem contra veritatem suscipiens. Nullius umquam faciem pro veritate loquentem premens. Misericordie operibus iusta virtutem substantie insistens. et tamen insistere etiam supra virtutem cupiens.
Hec est frater Karissime Pallei accepti dignitas. Quam si sollicite servaveris quod foris accepisse ostenderis intus habebis.
Preterea confirmamus. ut idem Tranensis archiepiscopatus. cum Parrochiis sicut ex predecessorum nostrorum privilegiis institutum est. perpetuo sine diminutione permaneat. Et Romane tantum ecclesie subiectus. in perpetuum cum omni dignitate sua et integritate persistat. Sancta trinitas fraternitatem tuam glorificet. sua protectione circumdet. et ad finem qui non finitur pervenire concedat. Amen. Amen. Arnen.
Ego anacletus catholice ecclesie episcopus S. S.
Nella Rota: Dominus Fortitudo Plebis sue - Sanctus Petrus | Sanctus Paulus | Ana|cletus P(a)p(a) | II[Page 79]

Data Trani per manum Saxonis Sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii IIJ° Kalendas novembris indictione VIIJa Incarnationis dominice anno M.°C.°XXX.0 Pontificatus autem domini Anacleti secundi pape anno I.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro
# 1266), documento n. 32

[Page 79]

**XXXII.**
**Anno 1130.**

Anno Millesimo Centesimo tricesimo primo incarnato ihesu xristo Domino Nostro Mense decembri indictione nona. Ego Nicolaus filius petri civitatis trani presentibus subscriptis testibus voluntarie per fustis tradicionem venundo tibi mancuso filio mansonis monachi eiusdem civitatis unam peciam vinee quam habeo in cluso qui dicitur de campo Cayruso. Que pecia his finibus congirari videtur. Ab oriente a medio limite iuxta peciam vinee marini filii petri. A meridie a medio limite iuxta peciam vinee mie qui supra mancuso. Ab occidente a medio limite iuxta peciam vinee iamdicli marini. A septentrione a medio limite iuxta peciolam vinee mie qui supra mancuso. Ex qua videlicet mea vendicione in supradicta racione fateor me accepisse a te triginta sex solidos aureos skifatos bonos finitum vero precium inde apud me esse profiteor. Quatinus a presenti die eandem meam vendicionem omnino habeatis dominemini tu tuique heredes cum inferioribus et superioribus. Cum introitibus et exilibus suis et cum omnibus que infra suum ambitum continentur faciatisque inde quod volueritis. Unde et libenter ego qui supra nicolaus guadiam et me ipsum mediatorem tibi predicto mancuso dedi. Hac racione Ut omni tempore ego et mei heredes defendamus tibi tuisque heredibus eandem meam vendicionem ab omnibus hominibus et ab omni servicio dominico. Quod nisi ut prelegitur vobis adimpleverimus penaliter vobis daturos Viginti solidos aureos skifatos bonos promittimus et pro prelectum est vobis adimpleamus. Et ego ipse mediator tribui vobis licenciam sine compellacione me meosque heredes pignorare per omnia nostra legitima et inlegitima pignora donec adimpleamus[Page 80]

vobis ea que preleguntur. Quod autem Scriptum Scripsi
Ego LEo Notarius eo quod ibi fui.
+ Petrus Mandonis filius.
+ Ego eustasius.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metropolitano della città di Trani (dal secolo IX fino all'anno 1266), documento n. 33

[Page 80]

**XXXIII.**
**Anno 1131.**

Anno Millesimo Centesimo Tricesimo primo Incarnato domino nostro ihesu xristo Mense iunio indictione nona. Ego Alexius filius grifonis imperialis protonobilissimi civitatis Trani coram presentia petracce iudicis alioruomque subscriptorum testium voluntarie per fustem do trado ac manumitto vobis iohannes cognate mi fili eiusdem iudicis et melia filia petri iudicis eiusdem civitatis. tres partes case mee maioris et camenate coniuncte cum eadem casa et stationum que sunt in circuitu eiusdem case et terre mee vacue de varcariis meis que est semper usque ad aquas maris portus eiusdem civitatis. Et a mediis signardis iuxta terram filiorum petri et iuxta viam. Et terrole mee que est iuxta viam et iuxta casam que fuit filiorum grisilii et muri qui est secus eandam casam maiorem et super portam eiusdem civitatis et secus monasterium puellarum sancte et individue trinitatis. et porticuum mearum cum edificiis suis constructarum super viam eiusdem civitatis

secus id monasterium et applicatas eidem monasterio. Etiam
et turris maioris alte mee que est iuxta eandem viam coniuncte
cum duabus ex eisdem porticibus. Et curtis mee et casarum lignearum
constructarum super eam que sunt a medio pariete iuxta
casam monasterii sancti martini et platearum scalarumque suarum
et astragorum et tabulatorum constructorum in eadem casa
maiore et alius case mee que est iuxta eandem curtem. Necnon
et terre mee vacue que est ante easdem casas et camenatas et
it semper usque ad aquas maris. Et sepulturarum mearum
quarum cum camera est constructa in pariete iamdicti monasterii
[Page 81]

sancte trinitatis et terrole ante easdem sepulturas et quicquid michi
pertinet sub eisdem porticibus et ante id monasterium. Necnon
et tres partes de alia turre mea constructa iuxta carbonarium
eiusdem civitatis in qua est leo sculptus in silice. Et de casa cum
furno mea coniuncta cum eadem turre et sortione de platea et scalis
iuxta se. Et de alia turre nova mea. Et de casa nova constructa iuxta
eam que sunt iuxta viam eiusdem civitatis. Et de terra mea tripizza
cum cisterna que est ibidem paulo longius ab eadem civitate prope ecclesiam
sancti marci a duabus partibus iuxta viam. Et de sortione
mea de orto prope ecclesiam sancti nicolai. Et ex omnibus vineis
meis quas habeo in cluso propinquo vado carraro ubi et stilla mediana
dicitur et de palmentis pilis et plateis suis. et de terris meis.
ac arborum olivarum. et de terris sine arboribus que sunt in loco
priminiano. Etiam et omnes alias res meas stabiles et mobiles quas
habeo intus eadem civitate vel de foris ubicumque. Ex quibus predictis
reliqua quarta pars pertinet flave uxori mee filie petrizii
iudicis per morgingap. a me sibi traditum. Predicta autem vobis
manumisi excepto illo quod ex eisdem vineis dedi pro anima mea
tenendas a te que supra melia et a donnula consobrina mea uxore
tua filia iohannis turmarche. et pariter illud quod ex eisdem vineis
dedi romoaldo et zilecare consobrinis meis. et pariter illud
quod michi perlinet in pezza vinee que est in cluso de monachis.
Et pariter illud trium partium de stabili quod michi pertinet habere
in civitate baro vel eius pertinentiis quod volo ut sit pro anima
mea curcorii consobrini mei filii curcorii. Hac autem condicione
servata manumisi vobis prephata quatinus liceat vobis qui
supra melia et iohannes et heredibus tuis qui supra iohannes vendere
totum illud quod vobis manumisi ut dictum est de iamdictis
vineis et palmentis pilis et plateis suis et terris arboribus olivarum
et terra tripiza et cisterna et sortione orti et varcariis et etiam
tres partes ex una peza vinee quas habeo in cluso sanctorum
sergii et bacchi super ripam portus eiusdem civitatis quas
similiter vobis manumisi et de pretio inde accepto reddite creditoribus
meis et eidem flave quicquid eis debeo. Et date inde bisantio
[Page 82]

filio bisantii illud quod sibi debeo pro vendicione a me sub
tenore facta. retine etiam tibi qui supra iohannes inde septuaginta
solidatas de ramesinis bonis per singulas earum centum quatuor
ramesine et tantum pretii quantum valuerit unum miliarium olei
eo quod illud tibi debeo tum scriptis tum sine scriptis. Amodo
quoque ad unum annum completum date ex eodem pretio pro
anima mea monasterio sancti benedicti casini montis nongentas
solidatas de ipsis ramesinis ad eandem solidatam aut si ipse ramesine
ceciderint tantum de auro vel argento bono quantum valuerit
ipsa solidata. et ex eodem pretio prebete in iam dicto constilo
quinquaginta solidatas domino Ubaldo Tranensi preclaro archiepiscopo
et quinquaginta solidatas prebete Sebastiano presbitero
ab eo expendendas in fabrica ecclesie tranensis archiepiscopatus.
de quo pretio si predicta adimplere nequiveritis licentiam habeatis
vendere plura de aliis iamdictis rebus meis scilicet tres partes de
iamdicta turre instructa iuxta carbonarium et de casa cum furno
et sortione platee et scalarum et iamdictis turre nova et casa
nova constructis insimul et de pretio inde ablato predicta adimplete.
Etiam ex eodem pretio date pro anima mea duomilia quadringentos
solidos aureos maruellinos bonos curatie sorori mea
uxori tue qui supra iohannes eiusque heredibus eo quod inter
mobilia et pecunia numerata dedi bolie alteri sorori mee uxori
romoaldi filii churi ioannacii valentia duomilia septingentos solidos
maruellinos bonos astante atque recipiente cum ea eodem viro
suo. eidem vero churatie dedi dumtaxat valens de trecentis maruettinis
in dotem. Et si tu que supra melia conveneris cum eodem
iohanne cognato meo illiusve heredibus ut accipias pretium

statutum inter vos pro ipsis vineis quas dixi tenendas a te et ab ipsa uxore sua relinquimus illas quas vos que supra melia et iohannes et heredes tui qui supra iohannes potestatem habeatis vendere. et de pretio inde accepto pretium tibi sume statutum inter vos ut dictum est et reliqum commiscite cum alio iamdicto pretio ad agenda predicta. Si vero ea omnia que predicta sunt adimplere nequiveritis de iamdictis venundandis rebus liceat vobis
[Page 83]

vendere etiam alias iamdictas res meas stabiles scilicet tres partes ex iamdiclis casa maiore et camenata et stationibus terrola muro porticibus turre alta curte casis ligneis plateis scalis astragis tabulatis casa terra vacua vel ex his illud quod vobis placuerit rit et de pretio quod inde ablatum fuerit detis atque adimpleatis ea omnia que danda atque adimplenda predixi. Si vero aliquid ex eisdem rebus stabilibus remanserit per eiusdem fustis traditionem do illud vobis pro anima mea accipientibus vice earundem sororum mearum quod sit in potestate earum harumque descendentium. quarum alterutra si obierit sine descendentibus illud quod ex ipso remanente ei competit sit pro anima mea illius earundem sororum mearum que superstes fuerit eiusve descendentium. quibus sororibus meis sine descendentibus obeuntibus illud ex eodem remanente deveniat pro anima mea in potestate predicti monasterii cassini montis ad faciendum inde quod voluerit. pariter si una earundem sororum mearum alteri sui illud vendiderit. Licentia quoque sit vobis claudere ad petras et calcem valconem factum in pariete predicti monasterii sancte trinitatis ubi habebam potestatem standi ad audiendum divinum officium et nunquam aperiatur. date etiam pro anima mea dulcique liberto meo ad tenendum dum vixerit unam ex stationibus meis que tenetur nunc a richardo et pro eo omnino liberando date de meo quatuor soli datas. Et date pro anima mea iaquinto monaco filio leonis ad tenendum et bene cultandum et frudiandum dum vixerit ipsam pezzam vinee que est in cluso ipso de monachis. et duas ex stationibus meis propinquas iamdicte stationi que tenentur ab ipso richardo quoad monasterium intrare volente ad permanendum ibi vendite ipsam pezzam vinee de ipso cluso de monachis ut ex pretio inde ablato valeatis convenire cum parte eiusdem monasterii ad suscipiendum eum similiter et ut detis ei indumenta et calceamenta decentia sic ut stationes predictas relinquat idem iaquintus. date etiam churamarie filie petracce ad tenendum dum vixerit pro anima mea medietatem quam volueritis de orreo de ipsa casa que est iuxta ipsam curtem et puteum. potestatem etiam habeatis
[Page 84]

recolligendi ad ipso bisantio duo cerapatta que date pro anima mea ecclesie sancti nicolai site prope portam et portum eiusdem civitatis trane. Et tu qui supra iohannes tuique heredes habeatis ea in vestra cura ut inde alienari non possint et in festis stis diebus assignate ea ibi revertentia aput vos ut dictum est quod si haberi nequiverint resolidentur do mee rei pretio venundande a vobis alia similia cerapatta habentia similiter in affatta cura. date etiam pro anima mea ipsi monasterio sancte trinitatis tres paries ex una tela trintasina quam tu qui supra iohannes tuique heredes habeatis ac detis in eo ordine ut dictum est de ipsis cerapattis. Viginti vero sex solidatas et duas telas de suffudo quas debuit michi iamdictus petrus habeat pro anima mea garza amita mea socrus eiusdem petri. omnes vero alias res meas mobiles date pro anima mea iamdicte churazo ad faciendum inde quod voluerit propter scripta mea debiti. liceat quoque vobis qui supra melia et iohannes heredibusque tuis qui supra iohannes inquirendi scripta mea debiti et omnia munimina ad eas res quas ut dictum est vendideritis vel aput quemcumque invenire potueritis et tollendi ac habendi ea salva et agendi cum eis scriptis debili et omnia cum eisdem scriptis debiti ac de eorum continentiis faciendi ut michi liceret et tres partes pretii inde ablati conferte inter iam dictum pretium persolvendum ut dictum est. de iamdictis autem muniminibus date cum potestate cuicumque de predictis rebus meis venundederitis ea que ad easdem res venundandas pertinuerint de quibus trahendis ad agendum pro rata portione ipsi emptores obligentur pro parte eiusdem uxoris mee reliqua vero munimina que non fuerint danda habeant iamdicta churaza eiusque descendentes pro se et pro ipsa bolia eiusve descendentibus et pro ipsa flava. quod autem feceritis ex eisdem scriptis vel muniminibus sit stabile et si necesse fuerit firmandi

ego et mei heredes faciamus ea firmari vobis. quin etiam per eandem fustis traditionem manumitto vobis ut si iamdicta churaza vel eius descendentes maluerint ut pro predictis duobus millibus quadringentis solidis maruettinis detis eis de iamdictis rebus
[Page 85]

meis stabilibus que ipsi sibi elegerint a vobis et ab aliis probis viris a vobis electis appretianda duomillia quadringentos maruettinos bonos. et vos statim assignate et date eidem churaze sorori mee eiusque descendentibus ea de predictis rebus stabilibus sic electa et appretiata ad habenda sibi transactive ad faciendum inde quod voluerint. tibi vero que supra melia pro anima mea habeto beto mulam meam. Et si vos qui supra melia et iohannes heredesque tui qui supra iohannes volueritis licentiam habeatis dividendi iamdictas res stabiles meas ita tamen ut de predictis vineis meis faciatis quatuor sortiones excepta ea que tenenda est ab ipso iaquinto monacho et de iamdictis terris ac arboribus olivarum faciatis quatuor sortiones et de ipsa terra tripiza similiter itemque de ipsa terra de varcariis eodem ordine. parique modo dividite in quatuor sortiones iamdictas turrem iuxta carbonarium et casam cum furno sic et affatam turrim et casam novam dividite in quatuor sortiones. Itemque de illo quod remanserit de predictis rebus stabilibus scilicet casa maiore camenata stationibus terrola muro porticibus curte casis ligneis astragis tabulatis casa iuxta eandem curtem terra vacua ante easdem casam et camenatam dividite in quatuor sortiones do quibus ita divisis detis eidem flave pro ipso morgingap sortionem suam que sibi ceciderit. de iamdicta vero turre alta facite quatuor sortiones qualiter iudicandum erit more civili tranensi harum unam dandam eidem flave ita tamen ut ipsa flava eiusque heredes legaliter faciant vobis securitatem de ipsis tribus partibus secundum morem eiusdem civitatis. per eiusdem quoque fustis traditionem similiter mitto in manu tibi qui supra iohannes quatenus liceat tibi tuisque heredibus habere omne ius ac actiones que michi quocumque modo competunt et vos inde agere volueritis et quod inde feceritis sit ratum. Ex his autem predictis nil quero preter missas et orationes ad dominum pro anima mea. Unde et voluntarie ego qui supra alexius guadiam et me mediatorem vobis predicti iohannes et melia dedi. Hac ratione ut si ego vel mei heredes hanc meam manumissionem removere vel irritare voluerimus vel si non defenderimus vos vel heredes
[Page 86]

tuos qui supra iohannes et eos qui a vobis quodlibet ex predictis stabilibus emerint vel si non defenderimus eidem churaze eiusque descendentibus iamdictum mobile et ea que ex iamdictis rebus stabilibus ei dederitis ut dictum est vel si non defendamus eisdem sororibus meis si quid ex predicto stabili remanserit ut dictum est obligata pena subiaceamus dare vobis Mille solidos schifatos bonos et eadem manumissio firma perduret atque defendamus ut dictum est. Et ego mediator tribui vobis licentiam sine compellere me meosque heredes pignorare per omnia nostra legitima et illegitima donec adimpleamus prefata. Unde et facta sunt decem scripta aliud ex eis ad habendum pars predicti cenobii cassini montis. aliud ad habendum tu qui supra iohannes tuique heredes aliud ad habendum tu que supra melia et aliud ad habendum eadem bolia eiusque descendentes et alia ad habenda singula ille vel illi cui quibusve vos cum potestate dederitis et illius illorumque heredes.

QUE SCRIPTA SCRIPSI EGO JOHANNES NOTARIUS QUI INTERFUI.

+ Judex non merito sed nomine consto Petracca.

+ Testis consisto scripto Visantius isto.

+ Actor non damnes firmat quia certa Johannes.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metropolitano della città di Trani (dal secolo IX fino all'anno 1266), documento n. 34

---

[Page 86]

**XXXIV.**
**Anno 1137.**

Salvatore Nostro ihesu Xristo Ex Utero Virginali Nato Millesimo Centesimo tricesimo Septimo Anno. Mense .... indictionis quintedecime. Ego petracca magister filius ioabnnis magistri civitatis trane presentibus DOCIBILE iudico aliisque subnotatis testibus voluntarie per fustem venundo tibi leoni notario filio ioannis eiusdem civitatis duas petias et duas petiulas vinearum cum palmento pila ac platea sua quod residet in una earundem petiarum a parte occidentis et cum arboribus pomorum astantium in sepe unius earundem[Page 87]

petiarum quod totum est in cluso oculo prope ecclesiam sancti leucii. Que petie ut sunt coniuncte videntur esse. ab oriente a medio limite iuxsta vineam cristofori filii nicolai. est et inantea petiola vinee filiarum nicolai est et inantea a medio limite vinea gregorii filii a meridie a medio limite iuxta pezzam vinee gemme filie iohannis et uxoris bisantii filii iaquinti. est et inantea a medio limite petia vinee ursonis filii falconis monachi. Ab occidente a medio limite iuxta eandem petiam vinee eiusdem ursonis et inantea paries veridiarii eiusdem ursonis. Et revolvendo in eandem partem occidentis et regirando in parte septentrionis est idem partes eiusdem viridiarii. est et inantea a medio pariete petiola vinee eiusdem ursonis. est et inantea a medio pariete petia vinee filiorum petri. A septentrione a medio limite iuxta desertum filiorum petri est et inantea petia vinee iohannoccari filii melis. Una autem predictarum petiolarum. Ab oriente a medio limite iuxta petiolam vinee ursonis filii leoois est. est et inantea a medio limite petiola vinee petri filii bernardi. A meridie a medio limite iuxta petiolam terre predictarum filiarum iamdicti nicolai. Ab occidente a medio limite iuxta eandem petiolam earundem filiarum predicti nicolai. est et inantea a medio limite predicta vinea iamdicti cristofori. A septentrione extra sepem iuxta viam. Altera autem predictarum petiolarum est ab oriente a medio limite iuxta petiam vinee petri filii bernardi. est et inantea a medio pariete iuxta terram filiorum mandonis. A meridie a medio pariete iuxta eandem terram. Ab occidente et septentrione a mediis limitibus iuxta predictam pezzam vinee iamdicte gemme. Ex qua videlicet mea venditione accepi a te qui supra leo notarius quadraginta octo solidatas romesinarum bonarum centum quatuor romesinas pro solidata firmatumque pretium apud nos esse confiteor. Ab hodierno itaque die eandem meam venditionem tu qui supra leo notarius et tui heredes trasactive habeatis dominemini faciatisque inde quod volueritis cum inferioribus et superioribus cum interioribus et exterioribus suis et cum omnibus que infra suum ambitum continentur. Unde et voluntarie guadiam et me ipsum mediatorem[Page 88]

tibi qui supra leoni dedi ut tibi semper ego et mei heredes defendamus tibi tuisque heredibus eandem meam venditionem ab omnibus hominibus. Et pro firmiori securitate dedi tibi cum potestate unum scriptum continentem quomodo Goffiridus divina gratia ecclesie civitatis vigiliarum episcopus per fustem tradens communivit petro magistro duas pretias et duas petiolas vinearum cum palmento pila ac platea sua et cum arboribus pomorum quod totum est in cluso oculo prope ecclesiam sancti leucii. Ut hec cum aliis in eodem scripto continentur. ita ut quotiens volueritis defendere vobis eandem venditionem per vos ipsos liceat vobis cum eodem scripto agere et omnia cum eo ac de eius continentia facere ut michi liceret et si necesse fuerit firmandi faciam vobis illud firmari. Quotiens vero nolueritis remittatis illud apud nos et nos defendamus vobis eandem venditionem ab omnibus hominibus. Cum ad illud statim accipiendum venierimus faciamus vobis bonam securitatem de illo remittendo. apud vos sano ac salvo velut illud nobis dederitis intra spatium duorum mensium habitote illud semper ordine predicto. Quod nisi ut prelegitur vobis adimpleverimus pena demus vobis viginti solidos aureos schifatos bonos et quod predictum est adimpleamus. Et ego ipse mediator tribui vobis licentiam sine appellare. pignora nos nostrosque heredes omnia nostra legitima et illegitima pignorare donec que predicta sunt adimpleantur. QUE SCRIPTA SAMARUS SCRIPSIT QUI AFFUIT

DOCIBILIS CURA JUDEX CONTENDERE PURA

+ SINDOLFUS TESTIS.

+ Ego petrus testis sum.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro
# 1266), documento n. 35

[Page 88]

**XXXV.**
**Anno 1138.**

Anno Millesimo centesimo tricesimo octavo Mense aprilis indictione prima. Nos Nicolaus et eustasius diaconus germani filii grisantii[Page 89]

civitatis trane coram subscriptis testibus astante mecum qui supra eustasio eodem germano meo. voluntarie guadiam et nos mediatores tradidimus sicardo cognato nostro filio maionis eiusdem civitatis ut per totum mensem septembrium in secunda indictione venturum nos vel nostri heredes reddamus ei eiusve heredibus septem solidatas per singulas earum centum quatuor ramesinas bonas quia illas ei debemus. Sin autem per stantiam duplicatas illas eis demus, quod si aliter fecerimus pena quadruplicatas illas eis demus. Veruntamen donec istum scriptum sanum videbitur nec dicamus nec provemus ullo modo nos persolutas habere eis prefatas solidatas vel pars ex eis. Et nos ipsi mediatores tribuimus eis licentiam sine compellere nos nostrosque heredes pignorare per omnia nostra leggittima et inleggittima pignora per convenientiam in quocunque nostrum vel in ambobus se tenere voluerint tam et de nostris heredibus donec adimpleantur prefata, insuper et ego qui supra nicolaus ponens manum meam super evangeliorum librum iuravi ad illum ego et is predictus eustasius reddamus eis predictas solidatas sicut superius dictum est. Quod scriptum scripsi ego Petrus notarius et affui.
+ Ego Riso
+ Michael testatur verum.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro
# 1266), documento n. 36

[Page 89]

**XXXVI.**
**Anno 1138.**

Anno millesimo centesimo Tricesimo nono incarnazionis Xristi iesu domini nostri. Mense decembro indictione secunda. Ego iohannes filius disigii civitatis trani. Cum cogitarem de rebus meis qualiter eas testamento disponerem diuque superius cogitata stabilire vellem. Coram presentia sillitti et iohannis iudicum aliorumque subscriptorum testium per fustem tradens mitto vobis in manu domine ubalde tranensis archiepiscope et imperialis sinchelle et eracli filius nicolai et iohannes nepos mi filius sillitti consobrini[Page 90]

mei quos michi epitropos constituo. in qua traditione assuetos sacerdotes dominus petracca filius leonis et dominus petrus filius grimoaldi et dominus iaquintus filius docibilis astantibus tecum domine archiepiscope et cum eisdem sacerdotibus prenominatis eraclio et iohanne. Terras meas omnes videlicet decem et octo vinealia que. sunt in loco quod dicitur colonie et duas petias et unam petiolam vinearum que sunt in cluso quod dicitur de ritozzo et unam casellam orreatam que est intus eandem civitatem. potestatemque omnium rerum mearum mobilium et scriptorum debitorum meorum omnium et scriptorum quorundam rerum mearum stabilium. Quatinus post mortem meam predictorum vinealium duodecim continua que sunt a parte videlicet orientis. sint semper ecclesie sancte dei genitricis et perpetue virginis marie tranensis archiepiscopatus quod videlicet semper ideo est appositum quam si quo modo tempore quolibet ipsa vinealia vel eorum particula quelibet alienata a prefata ecclesia videbuntur volo ut heredes mei capiant illa vel illud quod inde alienatum fuerit habeantque sibi illud vel illa iure perpetuo. quamdiu autem rodia soror mea vixerit pars ipsius ecclesie det ipsi per singulos annos octo curbellas frumenti boni novi mundi ad cursum magnum portus prefate civitatis. Reliqua vero sex vinealia teneant prenominati tres sacerdotes cum equis partibus. quorum si aliquis vel aliqui seu omnes iam vita functi fuerint vos prraenominati epitropi vestrique heredes a te qui supra eracli legitimi descendentes tantum et masculi detis alii seu aliis sacerdotibus eiusdem ecclesie duobus seu tribus vel eius aut illorum partes ipsorum vinealium qui iam mortui seu mortuus fuerit. quibus tribus deficientibus sacerdotibus semper vos utrique sicut supra dictum est heredes detis ea tribus sacerdotibus ipsius ecclesie tenenda cum partibus equis dum vixerint. Interim attamen. Si petracca germanus tuus qui supra iohannes ad diaconatus officium venerit et aliquis illorum duorum vel aliorum sacerdotum quibus post hos ipsa vinealia previos data fuerint mortuus fuerit pars vinealium ipsorum quam is qui defunctus fuerit sacerdos tenuit eidem diacono detis ad tenendum dum[Page 91]

vixerit. Et si dum vixero tale quid acquisiero quod possim bene dare supradictis sacerdotibus pro sex illis vinealibus quod ad eorum vinealium condicionem semper a vobis dandum sit ipsa sex vinealia sint ipsius ecclesie semper ad conditionem reliquorum duodecim vinealium iure perpetuo. Ita ut tunc pars ipsius ecclesie det ipsi sorori mee dum vixerit per singulos annos quatuor alias curbellas frumenti novi mundi ad supradictum cursum. predictas quoque petias et petiolam vinearum pretitulato teneant ordine prenominati tres sacerdotes. quibus deficientibus vos epitropi mei vel vestri ceu predictum est heredes semper tribus sacerdotibus ipsius ecclesie vel ipsi diacono detis ad tenendum cum partibus equis easdem petias et petiolam modo qui in dandis supradictis vinealibus scriptus est. Casella vero predicta sit tua qui supra iohannes epitrope mi tuorumve heredum prorsus ad faciendum ex ea quod volueritis cum inferioribus et superioribus cum interioribus et exterioribus suis omnibusque infrahabitis. Casa vero mea maior cum caminata sua cum scalis et cameris sub eisdem scalis et cisterna suis et due alie petie vinearum que sunt in supradicto cluso. et pars mea orti que est prope iamdictum sint eidem

sorori mee dum vixerit ad tenendum et sue proprietati servendum. Qua mortua sint eodem modo monde nepotis mee. Ea moriente similiter sint filiarum illius. quarum altera sine descendentibus moriente que remanserit reliqua teneat res ipsas eodem modo. reliqua quoque sine descendentibus mortua res ipsas siat eodem modo germanorum illarum. quorum sine descendentibus alteri morienti succedat alter qui remanserit. eo quoque sine descendentibus moriente res ipse sint eiusdem ecclesie semper secundum tenorem predictorum duodecim vinealium. Quamdiu autem maria et negula liberte mee vive fuerint teneant equaliter ipsius case solarii caput quod est a parte meridiei usque in castrum quod ibi fixum est. quarum altera moriente que remanserit teneat caput illud tantum case dum vixerit. Casam vero meam terraneam quam ego edificari feci cum cisterna sua mee reserravi potestati ad aliter illam ordinandum si voluero. quam si prius quam ordinem[Page 92]

quod absit morte subreptus fuero hec quoque sit eiusdem sororis mee dum vixerit. et postea sit ipsius monde. cuius post obitum sit filiarum eius. post quarum mortem sit earum germanorum ad eum tenorem qui dictus est in predicta casa. pretia vero mea omnia et pignora illa et debitorum meorum brevia mea que in die mortis mee relinquero potestatem habeatis vos qui supra dominus archiepiscopus aut in tua sede successor et iam nominati epitropi utrorumve sicut supra dictum est heredes ubicumque poteritis ea invenire tollere et cum eisdem scriptis agere ut michi facere pertineret. Et si necesse fuerit firmandi faciam ego vel heredes mei illa firmari et eorum debita et ipsorum pignerum exigere pretia. et modo subscribendis personis sive locis una cum prenominatis sacerdotibus taliter. distribuere. ducentos milliarenses ramesinarum bonarum vigintiquatuor tamen pro milliarenso detis monasterio sancte trinitatis quod de cavis dicitur. Et quinquaginta milliarenses ramesinarum bonarum ad eundem milliarensem detis fabrice sancte dei genetris et beati nicolai peregrini nostre civitatis. Et alios quinquaginta milliarenses eiusdem monete sumatis inde pro vobis tu domine qui supra archiepiscopus vel tibi successor. Et centum milliarenses ipsius monete clericis eiusdem tranensis ecclesie. Et quinquaginta milliarenses eiusdem monete prenominate sorori mee. Et quinquaginta milliarenses prefate negule. Et quinquaginta supradicte marie milliarenses. Et quinquaginta milliarenses leoni filius iaquinti. Et quadraginta milliarenses iam dicto petracca clerico. Et ducentos milliarenses eiusdem monete ex pendatis per pauperes et viduas et orfanos et clericos pauperes. De reliquo vero meo mobili faciatis unum calicem cum patera sua et unum turibulum de . . . . . . . . . . libris argenti que pro anima mea detis eidem ecclesie ad permanendum ibidem perpetuo et auferendum ab eredibus meis inde et alii ecclesie dandum si inde alienatum paruerit. Scripta quoque predictorum stabilium et ad predicta omnia vinealia et ad ipsas duas petias et petiolam vinearum pertinentia suscipiat pars eiusdem ecclesie et habeat pro defensione ipsarum rerum quas continent. Attamen si predictorum[Page 93]

pretiorum numerus minor tunc inventus fuerit ipsius minoritas decrescat equaliter in numero milliarensibus iuxta quantitatem milliarentium singularum supradictarum personarum et singulorum locorum. hec denique supranominati vos epitropi utriquo ceu supra dictum est heredes qui volueritis agatis nichil haec actioni impediendo si utrorum reliqui non interfuerint vel quia noluerint aut quod non valuerint seu quod absentes ab hac urbe fuerint. Ex his vero que predicta sunt nichil quero preter missas et orationes ad dominum pro anima mea parentumque meorum. post igitur meum decessum supradicte res ipsius ecclesie sint et monasterii reliquarumque suprascriptarum personarum proscriptis tenoribus. ipsarum quidem stabiles cum inferioribus et superioribus cum interioribus et exterioribus suis omnibusque intra se abitis ad faciendum quoque tu qui supra iohannes et tui heredes de supra dicta casella quod volueritis. Hac tandem meam dispositionem si quis violaverit aut in ea fraudem quamlibet fecerit demonibus violator de regno dei fraudetur et in dio iudicii de sanctorum collegio separetur qui de rebus suprascriptis aliquid ab eadem tranensi ecclesia nequitia qualibet separaverit aut ipsi monasterio ceterisque supradictis personis aliquid de rebus a me sibi superius ordinalis tenendo non dederit. dehinc voluntarie quoque guadiam et mediatorem memet ipsum dedi vobis qui supra dominus archiepiscopus et epitropi mei et prenominatis secerdotibus astantibus tecum domine archipresul et cum sacerdotibus eisdem prenominatis

epitropis. Hac ratione. Ut si quilibet heres meus hec que
prescripta sunt quolibet modo removere lentaverit vel impugnare
praesumserit et in quamlibet angustiam vel causationes eos vel loca
que predicta sunt miserit. obligata pena subiaceat dare eis vobisque
supranominati epitropi utrisque suprascriptis heredibus ducentos
aureos schifatos bonos et cunctis que scripta sunt nullatenus contradicat.
Supra dicta decem et octo vinealia que sunt due petie
Una earum videtur esse. Ab oriente a medio limite iuxta petiam
terre monasterii sancti clementis. A meridie iuxta vineale predicti
archiepiscopi et revolvendo in eadem parte meridiei a medio limite[Page 94]

est vineale. et regnando in parte occidentis iuxta viam. Ab
occidente a mediolimite iuxta vineale quod fuit ursonis trabalie.
est et inante a medio limite vineale filiorum petri et consortum
eorum. et inante est vineale sindolfi filii samari. A septemtrione
iuxta litus maris. Infra hanc autem circumscriptam petiam est
unum vineale prefati archiepiscopi. Alia autem videtur esse. Ab
oriente a medio limite iuxta peltam terre ecclesie sancti protomartiris
Stefani. et revolvendo in eadem parte orientis est eadem petia
terre eiusdem ecclesie sancti Stefani et regirando aliquantum in
parte meridiei est predictum vineale iam dicti sindolfi. est et inante
a medio limite iam dictum vineale predictorum filiorum petri et
consortum eorum. est et inante similiter predictum vineale quod
fuit iam dicti ursonis. A meridie iuxta viam. Ab occidente a mediolimite
iuxta petiam terre monasterii sancti angeli vulturensis
?montis. est et inante aliquantum a medio limite petia terre que
fuit prefati ursonis. est et inante a medio limite aliquantum petia
terre petri filii petri. est et inante a medio limile petia terre predicti
archiepiscopi. et revolvendo in eadem parte occidentis et regirando
in parte septentrionis est eadem petia eiusdem archiespicopi.
A septentrione iuxsta litus maris. Prcdicta casa maior videtur
esse intus eadem civitate A medio parietis iuxta casam
stefanitii filii ursonis. est et inante extra parietem plateam et scalas
eiusdem stefanitii. Et extra parietem iuxta introitum est stefanitii
et aliorum. Et extra plateam et predictas cameras iuxta cursum
comunem. Et iuxta litus maris. Suprascripta casella quam superius
dixi ut sit tua qui supra iohannes videtur esse extra scalas
et plateam iuxta cursum comunem. Et a medio parietis iuxta casam
prefati archiepiscopi. Et extra strictolam a medio parietis iuxta
casam eiusdem archiepiscopi. Et a medio parietis iuxta casam
petri consobrini mei filii iohannis. Jam dicta vero casa terranea
videtur esse iuxta introitum comune. Et a medio parietis iuxta casam
predicti stefanitii. Et a medio parietis iuxta casam leonis filii
. . . . . . . . . . . Et iuxta litus maris. Affate vero due petie et
petiola vinearum cum palmento pila ac platea sua quod residet[Page 95]

in capite unius earundem petiarum iuxta viam. in quo palmento
liceat supradictis sorori et nepoti mee reliquas duas petias quas
in eodem cluso habeo et eis ut superius dictum est reliqui vindimiare
cum sibi necesse fuerit. Esse videntur ab oriente juxta
viam. A meridie ixta unam de supradictis petiis. Es et inante petia
vinee iohannoccari magistri filii disigli magistri. est et inante alia
de iam dictis petiis. Ab occidente a media fenestra iuxta petiolam
vinee filiorum seniorelli magistri. A septentrione vero a medio
limite iuxta vineam mandonis filii alfani. est et inante petia vinee
ecclesie sancti iohannis baptiste. est et inante petia vinee predicti
mandonis. Et egomet mediator tribui vobisque supra nominati
epitropi vestrisque suprascriptis heredibus licentiam sine compellere
heredes meos pignorare per omnia sua legitima et illegitima pignora
donec adimpleant prefata. Ex his autem que supra scripta
sunt quatuor feci fieri scripta. Unum ex eis ad habendum pars
supradicti archiepiscopi. Aliud ex eis ad habendum prenominati
epitropi illorumque supradictorum heredes. aliud vero ad habendum
supranominati sacerdotes et eorum ut superius legitur posteri.
Reliquum quoque ad habendum iam dicta soror mea et
neptis et eius filiarum seu liberorum et eorum descendentes ipsorumque
suppositi. Que scripta sunt a maione iudice qui interfuit.
+ Judex Sillittus firmatus sum cuncta rescriptus
+ Scriptum ne damnes Judex hoc signo Joannes.
+ Ego Mando
+ Ego Damasus.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro
# all'anno 1266), documento n. 37



**XXXVII.**
**Anno 1139.**

Anno millesimo centesimo tricesimo nono Incarnationis Xristi iehsu Domini nostri. Octavo anno regni domini nostri Rogerii magnifici Regis augusti Sicilie atque Italie mense iunio indicione secunda = Hec sunt conventiones quas ego Rogerius Dei gratia Apulie

Dux concedo. ?n primis beate Mario ecclesie Tranensis Archiepiscopatus et Archipresuli qui modo est suisque successoribus omnia quidem eis iure pertinentia. Hominibus civitatis Trani honorabilem libertatem concedo atque confirmo preceptum et conventiones quas dominus noster Rex cum eos in primis recepit illis concessit. De manu mea meique Fratris illos non eiciam. Super illos Straticotum vel Balivum non costiluam nisi iuraverint ut hec eis observentur et teneantur. Omnia nobis retro forisfacta usque nunc eis condonamus atque remittimus ex parte domini nostri Regis etiam nostra nostriquo Fratris eis quidem et suis heredibus. Malum meritum eis non reddemus nec reddi faciemus. Omnes eorum concives quos in captione domini nostri Regis et nostra vel tota terra nostra habemus qui capti fuerunt ex quo Alemanni in has partes advenerunt illis reddemus. Et a die quo nobis iuraverint ab inde usque dies quadraginta illos liberarifa ciemus et securiter in illorum urbe remittemus. Hominemque nostrum vel ex eis ubicumque per totam terram nostram fuerint pro illis liberandis mittemus. Clerici cuncti Trani atque layci et extranei in domini nostri Regis et nostra fidelitate permanentes quocunque voluerint cum omnibus eorum rebus securiter eant; et revertantur. et quod Trani dimiserint securiter habeant et teneant illi eorumque heredes. Hominem Trani super eos in illorum terra Balivum non costituam. Item concedo ut nullum iudicem seu notarium nisi suum concivem super se habeant. Hec omnia adtendam eis qui domino nostro Regi et milii meoque Fratri fidem fidelilatemque conservaverint. De legibus et consuetudinibus suis nec traham nec trahere faciam. Hec cuncta eis sacramento per Evangelia confirmaro feci per manum Goffridi Tricarici Comitis qui mea iussione iurabit. Hoc denique scriptum scribi iussi Maione notario predicte civitatis et plumbea bulla nostro typari signari.

(Al luogo della firma vedesi nella pergamena impresso il suggello col tipo del Duca in cera rossa — Vi è inoltre il suggello di piombo pendente da un laccio di seta rossa).

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metropolitano della città di Trani (dal secolo IX fino all'anno 1266), documento n. 38



**XXXVIII.**
**Anno 1140.**

Anno Millesimo Centesimo quadragesimo incarnato domino nostro
iehsu xristo. non . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
magnifici regis augusti Sicilie ac ytalie mense februario ind. . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
trani. Coram subscriptis testibus cepi ipsam sortionem pertinentem . .
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
cuum habere in duabus casis orreatis. . . . . . . . . . . . . . . . .
ac in una casella orreata cum scala et platea que est iuxta ipsam . . .
cum furno ac cisterna . . . ibidem que sunt iuxta ipsam . . . .
platea sua que sunt. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
sanctorum gervasii et protasii. que pigneravi. . . . . . . . . . . .
suis omnibusque infra se habitis per continentiam unius scripti
mei debiti . . . . . . . . . . guadiam et se mediatorem dedit michi
ut ad constitum ipse vel sui heredes. . . . . . . . . . . . . . . . . .
nostris heredibus triginta unum starium et medium de oleo bono . .
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
HOC AUTEM SCRIPTUM SCRIPSI EGO IOHANNES NOTARIUS?QUI INTERFUI
+ Ecce. testis. magnus. quia . . . . . . . . . .
+ Ego grimaldizz. . . . . . . . . . . . . . . . . . .

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro 1266), documento n. 39



**XXXIX.**
**Anno 1141.**

Domini nostri Jhesu xristi incarnationis anno Millesimo Centesimo quadragesimo primo. anno decimo Regni domini nostri Rogerii magnifici Regis semper augusti Italie atque Sicilie. Mense apreli quarte indictionis. Ego petrus filius petri civitatis trane. presentibus sillitto iudice aliisque subscriptis testibus libenti animo et

fustis traditione venundo vobis petracca fili leonis et mando fili mandonis sacerdotes prefate civitatis spirituales confratres mei accipientes vice vestri et omnium clericorum nostre fraternitatis necnon et illorum clericorum qui in societate eiusdem fraternitatis successuri sunt quibuscunque temporibus astante vobiscum in omnibus subscriptis petro filio melis. videlicet medietatem unius solarii ex una casa orreata intus eadem civitate que medietas est a parte orientis cum tota camerella que est sub platea et scalis eiusdem case. et videtur esse eadem medietas ab oriente a medio pariete iuxta strictolam tranensis archiepiscopatus. a meridie vero extra angulum et ostium eiusdem medietatis affati solarii et trasenda publica. et inantea hinc aliquantulum earundem platee et scalarum ex quibus scalis duo gradus extenduntur ante prefatum ostium. Ab occidente autem a medio castro est altera medietas prefati solarii que medietas pertinet marie filie iohannis. A septentrione denique a medio pariete erga casam iam dicti archiepiscopatus. Ex qua quidem mea venditione accepi a vobis vice vestra et de aliis prefatis clericis michi attribuentibus septem solidos regales bonos finitumque pretium inde apud me esse dico. Igitur a presenti die vos omnesque alii clerici iamdicte fraternitatis omnino habeatis et possideatis prefatam meam venditionem ipsam quidem medietatem affati solarii a me vobis venundatam cum inferioribus et superioribus usque ad orreum. prefata vero camerella cum inferioribus tantum cum introitibus et exitibus suis omnibusque intra hanc ipsam venditionem manentibus et faciatis inde vestrum velle. Unde etiam ego qui supra petrus libenter guadiam et mediatorem vobis dedi vice vestri et prefatorum clericorum similiter accipientibus quatinus omne per evum ego et mei heredes defendamus vobis et prefatis omnibus clericis predictam meam venditionem ab omnibus hominibus qui pro nostris partibus ibidem se intromittere voluerint aliquo modo. pro parte vero aliorum hominum continuo fustis traditione dedi vobis eum integra potestate mea vice vestra et de omnibus prefatis clericis ibidem suscipientibus unum scriptum continens quomodo stephanitius filius iohannis et

mulier filia felicis qui sunt vir et uxor venundederunt michi medietatem unius solarii ex una casa orreata in predicta civitate et unam camerellam que est sub platea et scalis eiusdem case ut hec cum ceteris in eodem scripto large et aperte continentur. ut liceat vobis et prefatis clericis cum eodem scripto agere causari omnia que cum eo et ex eo ac de illius continentia facero pro defendenda vobis prefata venditione ut michi liceret et si necesse fuerit firmandi et vobis proderit ego vel mei heredes cum nostro expendio illud vobis firmari faciamus. Que omnia ni ut predicta sunt ita seriatim adimpleverimus pene nomine demus vobis . . . . . . . . . . solidos auri regales bonos predicta adimplentes. Et ego qui supra mediator tribui vobis et eis licentiam sine compellatione me meosque heredes pignerare in omnibus nostris iure permissis ac vetitis donec prelecta adimpleantur. Quod Scriptum Tandem Scripsi Ego Jacinthus Notarius qui interfui.

+ Judex Sillittus firmatus sum cuncta rescriptus
+ Ego Mando
+ Ego thoma testis sum.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro secolo IX fino all'anno 1266), documento n. 40

[Page 99]

**XL.**
**Anno 1142.**

Anno ab Incarnatione Xristi Ihesu Domini nostri millesimo centesimo quadragesimo secundo. undecimo anno regni domini nostri Rogerii magnifici Regis augusti Sicilie atque Italie mense Marcio quinta Indictione. Ego Mandus presbiter et abbas ecclesie Sancti Petri apostoli filius Mandonis civitatis Trano presente Ameruzzo iudice aliisque subscriptis testibus consensu ac voluntate Mangerii et Paschalis sacerdotum aliorumque confratrum nostrorum astante mecum Stefano per fustis traditionem venundo tibi Iohannoccaro magistro filio Luperisii unam sepolturam que est in curte predicte ecclesie ab oriente iuxta sepolturam Ursonis filii Iohannis et a meridie iuxta sepolturam Leguri et iuxta sepolturam Melis fili . Ex qua videlicet mea venditione[Page 100]

fateor me accepisse a te qui supra Iohannoccaro unum solidum regale bonum finitumque apud me dico esse pretium. ab hodierno itaque die affatam vendicionem tu et tui heredes omnino habeatis dominemini faciatisque inde quicquid volueritis cum introitu et exitu suo ut vobis necessc fuerit. Convenientie quoque pacto astante mecum eodem Stefano guadiam et me ipsum mediatorem tibi predicto Iohannoccaro dedi hac ratione ut omni tempore ego et mei heredes defendamus tibi tuisque heredibus iamdictam meam venditionem ab omnibus hominibus. quod si ita ut prelegitur vobis non adimpleverimus penaliter demus vobis medium solidum regalem bonum prelecta observaturi. Et ego mediator tribui vobis licentiam sine compellere me meosque heredes pignorare per omnia nostra legitima et illegitima pignora donec adimpleamus predicta. Hoc denique scriptum scripsi ego Disigius notarius qui interfui.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro
# 1266), documento n. 41

[Page 100]

**XLI.**
**Anno 1144.**

Sincere postulatio Karitatis effectu debet prosequente compleri quatinus et devotionis sinceritas enitescat et utilitas postulata vires abundanter assumat, linde Nos Bisantius dei gratia tranensis ecclesie electus, auditis piis precibus domini Rogerii magnifici Regis Sicilie ducatus Apulie et principatus Capue. Rogerii domini Cancellarii et precatu canonicorum ecclesie Sancti Sabini, petitione quoque religiosorum monacorum Bernardi et Americi. consensu etiam domini Goffridi eiusdem nostre ecclesie arcidiaconi aliorurmque subscriptorum clericorum, concedimus Salomoni venerabili abati cenobii sancti Archangeli Michaelis de loco qui dicitur clausura et eius successoribus ecclesiam Omnium Sanctorum in nostra parrochia intus in civitate Barolilana sitam in plena possessione concessam sed humiliter et iuste petitam, cum hiis omnibus stabilibus et mobilibus rebus eidem ecclesie pertinentibus, in qua reservavimus ut Tranensis ecclesia omni tempore habeat quartam[Page 101]

partem testamenti vel iudicii mortuorum sine Fraude eidem ecclesie oblati. Ad honorem etiam nostre sedis sancte matris ecclesie, singulis annis in pascha Resurrectionis domini nostri Jhesu xristi unam auri unciam tarenorum sicilientium monete eidem Tranensi ecclesie prefata Omnium Sanctorum persolvat ecclesia. Decernimus ergo ut nulli omnino nostrorum successorum aut alicui hominum liceat Ecclesiam ipsam a nobis concessam temero perturbare vel eius possessiones auferre aut ablatas retinere minuere vel temerariis vexationibus fatigare aut etiam hanc nostram concessionem perfringere. Sed omnia iuste el canonice habita vel habenda integre conserventur. Ad honorem eiusdem Sancti Michaelis Arcangeli ecclesie et omnium Sanctorum utilitatem pro futura. Salva nobis clericorum ibidem manentium obedientia. Et ex hoc facta sunt duo scripta unum ad habendum vos et sancti Michaelis Archangeli ecclesia, alterum vero Tranensis ecclesia. Que scripta sunt per manum Simeonis diaconi et medici nostre ecclesie scriniarii.
Anno ab incarnatione domini nostri Jhesu xristi Millesimo centesimo quadragesimo quarto mense iulii indictionis septime.

(La carta qui sopra trascritta non trovasi più ora nell’archivio Capitolare; esiste però una copia della medesima nei Zibaldoni di Vincenzo Manfredi, dai quali, per cortesia del signor Domenico Vischi, ho potuto io ricavarla).

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro
# 1266), documento n. 42

[Page 101]

**XLII.**
**Anno 1145.**

Domini nostri ihesu xristi incarnationis anno Millesimo Centesimo quadragesimo quinto. anno quartodecimo Regni domini nostri Rogerii magnifici Regis semper augusti italie atque Sicilie Mense augusto octava indictione. Ego amoruzzius filius mandonis civitatis trane presentibus subscriptis testibus voluntarie fustis traditione do tibi bartholomeo sacerdoti filio grimoaldi presbiteri civitatis.[Page 102]

astante tecum in omnibus subscriptis roberlo filio baldoini. medietatem ecclesie sancti laurentii et quartam partem ecclesie sancte lucie que est sub iam dicta ecclesia sancti laurentii in loco picanio et quartam partem unius petie terre prope iamdictas ecclesias. que quarta pars est iuxta sortionem eiusdem terre que sortio pertinet filiis seniorelii et sortificibus suis et secus viam publicam. et unam curticellam que est iuxta predictam petiam terre et iuxta medietatem eiusdem curtis que medietas prephatis sortificibus pertinet. et medietatem a parte maris ex una curte et a parte occidentis erga curtem earundem ecclesiarum cum duabus arboribus olivarum et media in iamdicla medietate iamdicte curtis astantibus. et extra medietatem et iuxta introitum ipsius curtis earundem ecclesiarum. et unam arborem olive primitane in eadem curte earundem ecclesiarum ante introitum eiusdem ecclesie sancti laurentii stantem. et quartam partem ex una arbore olive stantis in pariete occidentali memorate curtis ipsarum ecclesiarum. et quartam partem de tribus arboribus olivarum stantibus in capite septentrionale prephate sortionis primo dicto ecclesie manentibus que sortio pertinet iamdictis filiis seniorelli et suis sortificibus ut dictum est. et tres partes de una lamitiola terre que est ibi iuxta lamam iamdictarum ecclesiarum et secus viridariolum cum arboribus olivarum et amigdalarum ecclesie sancti Stefani et quartam partem unius cisterne que est in iamdicta curte predictarum ecclesiarum quod totum pertinet sortioni mee iamdictarum ecclesiarum. ut quantum vixeris eandem meam dationem teneas et fruaris ea iure perpetuo cum suis utilitatibus ac pertinentiis omnibusque intra se manentibus. Sub hac conditione ut ab hinc usque ad unum annum finitum de tua impensa facias tabulare cum travibus et tavulis medietatem meam iamdicte ecclesie sancti laurentii et in alio sequenti anno de tuo pretio facias unam cisternam bonam conciatam ut aquam usque ad os aqueductus sui teneat. in sortione mea iamdictarum terrarum ubi ego voluero. et illam dum vixeris teneas fruiturus ea tue proprietati. voluntarie quoque ego qui supra amoruzzius guadiam et me mediatorem tibi prephato bartolomeo[Page 103]

dedi. ut si hoc quod prelegitur ego vel mei heredes pro affata ratione removere voluerimus penaliter demus tibi viginti solidos regales bonos et quod predictum est pro affata ratione ratum sit. Et ego qui supra mediator tribui tibi licentiam sine compellare me meosque heredes pignerare in omnibus nostris iure permissis ac vetitis donec prelecta adimpleantur. Quod Scriptum Scripsi Ego Jacintus notarius qui interfui.
+ Ego robertus testis sum
+ Robur adesto michi. Melis proles Goderichi.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metropolitano della città di Trani (dal secolo IX fino all'anno 1266), documento n. 43

---



**XLIII.**
**Anno 1145.**

Anno ab incarnatione xristi ihesu domini nostri. Millesimo centesimo quadragesimo sexto quartodecimo anno regni domini rogerii magnifici regis augusti Sicilie atque italie Mense septembri nona indictione. Ego Alexander filius pascalis civitatis trani. presente sillitto iudice aliisque subscriptis testibus Voluntarie guadiam dedi iaquinto cognato meo filio dattonis eiusdem civitatis me sibi mediatore posito hac ratione. Ut si contigerit ut Alfana germana mea uxor eiusdem iaquinti antequam ipse maritus suus moriatur defuncta fuerit. non sit michi vel meis heredibus licentia intromittendi neque tollendi eidem iaquinto vel illius heredibus quartam partem de rebus suis quam prefate uxori sue tradidit. cum eam sibi uxorem accepit. Neque exigere medium pro ea ab eodem viro suo neque appellare quoslibet mediatores qui in eodem meffio sunt neque in rebus de eisdem nomine debiti intromittere. quod meffium idem vir suus obligatus est pro ea dare quolibet modo. et quidem exinde finem cum eo feci. et accepi ab eodem iaquinto . . . decim solidos regales . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Hoc denique scriptum scripsi ego Disigius Notarius qui interfui
\+ Judex Sililtus firmatus sum cuncta rescriptus
\+ Ego Simeon testis sum

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metropolitano della città di Trani (dal secolo IX fino all'anno 1266), documento n. 44

---



**XLIV.**
**Anno 1150.**

Eugenius episcopus servus servorum dei venerabili fratri Bisantio tranensi archiepiscopo eiusque successoribus canonice substituendis in perpetuum. In eminenti sedis apostolice specula disponente domino constituti. ex iniuncto nobis officio fratres nostros archiepiscopos debemus diligere et ecclesiis sibi commissis suam iustitiam conservare. Quo circa venerabilis frater Bisanti archiepiscope Tranensis iustis tuis postulationibus gratum impertientes assensum predecessorum nostrorum felicis memorie Calixti Pape et ceterorum vestigiis inherentes. sanctam tranensem ecclesiam cui deo auctore preesse dinosceris sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes ut quascumque possessiones quecumque bona eadem ecclesia in presentiarum iuste ac canonice possidet aut in futurum concessione pontificum largitione regum vel principum oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. urbem videlicet tranensem Coratum. Andren. Barolum. Vigilias. cum omnibus pertinentiis suis et ecclesiis constructis intus et foris. Quicquid dignitatis et quicquid parrochiarum ad tranensis archicpiscopatus ecclesiam cognoscitur pertinere. Monasterium Sancte marie de monte quod in territorio tranensis civitatis situm est cura aliis monasteriis et ecclesiis ad predicla loca pertinentibus et quecumque alia ad vestram ecclesiam iuste atque canonice pertinere noscuntur. Pallei etiam usum tibi tuisque successoribus in festivitatibus illis habendum concedimus

que Romane ecclesie concessione distincte sunt. scilicet Nativitatis domini. Sancti Stefani. Epifania domini. Cena domini. Sabato sancto. Resurrectione. Ascentione. Pentecoste. Nativitate Sancti Joannis Baptiste. In natale omnium apostolorum. Tribus festivitatibus sancie marie. Commemoratione omnium sanctorum. In consecratione[Page 105]

ecclesiarum altarium et clericorum. In diebus confessorum quorum corpora in tua ecclesia requiescunt. Cuius nimirum pallei volumus te per omnia genium vendicare. Huius si quidem indumenti honor humilitas atque iustitia est. Tota ergo mente fraternitas vestra se exhibere festinet in prosperis humilem et in adversis si quando eveniunt cum iustitia erectam. amicam bonis. perversis contrariam. Nullius unquam faciem contra veritatem suscipiens. Nullius unquam faciem pro veritate loquentem premens. misericordie operibus iuxta virtutem substantie insistens et tamen insistere etiam supra virtutem cupiens. Hec est frater carissime pallei accepti dignitas quam si sollicite servaveris quod foris accepisse ostenderis intus habebis. Prelera confirmamus ut idem Tranensis archiepiscopatus cum parrochiis sicut ex predecessorum nostrorum privilegiis institutum est perpetuo sine diminutione permaneat. et romane tantum ecclesie subiectus in perpetuum cum omni dignitate sua et integritate persistat. Decernimus quoque ut nulli omnino hominum liceat prefatam ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere minuere seu aliquibus vexationibus fatigare sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Si qua quidem in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre costitutionis paginam sciens contra eam temere temptaverit. secundo tertiove commonita. si non satisfactione congrua emendaverit. potestatis honorisque sui dignitate careat et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri Jesu Xristi aliena fiat atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem ecclesie sua iura servantibus sit pax domini nostri Jesu Xristi. Quatenus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant amen.[Page 106]

Nella Rota si legge: + Fac mecuum domine signum in bonum || S(an)c(tu)s Petrus | S(an)c(tu)s Paulus | Euge|nius |P(a)p(a) | III - BENE VALETE

Ego Eugenius catholice ecclesie episcopus SS.
+ Ego Imarus tuseulanensis episcopus SS.
+ Ego Nicolaus Albanensis episcopus SS.
+ Ego Hubaldus presbiter cardinalis tituli sancte praxedis SS.
+ Ego Aribertus presbiter cardinalis tituli sancte Anastasie SS.
+ Ego Julius presbiter cardinalis tituli sancti Marcelli SS.
+ Ego oddo diaconus cardinalis sancti Georgii ad velum aureum SS.
+ Ego Octavianus diaconus cardinalis sancti Nicolai in carcere tulliano SS.
+ Ego Joannes paparo diaconus cardinalis sancti Adriani SS.
+ Ego Gregorius diaconus cardinalis santi angeli SS.
+ Ego Joannes diaconus cardinalis sancte marie Nove SS.
+ Ego Guido diaconus cardinalis sancte Marie in porticu SS.
+ Ego Joannes diaconus cardinalis sanctorum sergii et bacchi SS.

Data ferentini per manum Mariniani sancte Romane ecclesie scriptoris VII idus decembris indictione XIIII incarnationis dominice anno MCL pontificatus vero domini Eugenii pape III anno sexto.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metropolitano della città di Trani (dal secolo IX fino all'anno 1266), documento n. 45



**XLV.**
**Anno 1156.**

Incarnationis domini nostri iehsu xristi Anno Millesimo Centesimo quinquagesimo septimo . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
Guilielmi Magnifici Regis augusti sicilie atque Italie Mensis novembris . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
pi Judicis civitatis trani presentibus subscriptis testibus voluntarie gaudiam et me. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
filio samarizzi eiusdem civitatis. Ut in pasca resurrectionis iehsu xristi primo celebrando . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
triginta duas solidatas singulas in se continentes ducatos bonos tredecim. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
debitor sum. Sin autem per stantiam illas sibi duplicemus. unde . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
vel pertinendas in casis comunibus intus eadem civitate. . . . . . . . . . . .
filiorum iaquinti. A meridie a medio pariete iuxta viam. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
manorum filiorum . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
non solverimus eis predictum debitum qualiter prelegitur. . . . . . . . . . . .
potestatem faciantque ex ea quod voluerint nobis defendentibus illam. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
introitibus et exitibus suis omnibusque intra se manentibus . . .
sitionem habendi sive iamdictam stantiam a nobis exigendi . . .
a nobis acceperint libera sit eis potestas ad iamdictam . . . . . . . . . . .
fecerimus demus eis quod proinde curte sine dolo promiserint . . .
prelecta observaturi. Et ego mediator tribui eis licentiam sine compellere . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
nostra licita et illicita donec adimpleantur prefata. . . . . . . . . . . . .
Quod scriptum scripsit Manasses notarius qui interfuit
+ Ego bisantius
+ Jaquinto test . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metropolitano della città di Trani (dal secolo IX fino all'anno 1266), documento n. 46



**XLVI.**
**Anno 1158.**

Adrianus Episcopus Servus Servorum Dei Venerabili Fratri Bertrando Tranensi Archiepiscopo Eiusque Successoribus Canonice Substituendis In Perpetuum.
Iustis fratrum et coepiscoporum nostrorum petitionibus facilem prebere consensum. et eos cum commissis eorum gubernationi ecclesiis sacrosancte Romane ecclesie patrocinio communire. et fraterne debito caritatis. et iniuncti nobis a deo apostolatus officio commonemur. ut quanto apud apostolicam sedem maiorem gratiam se viderint invenisse. tanto propensius saluti subiectorum intendant et de sui exsecutione officii studiosi semper exsistant. Ea propter venerabilis in xristo frater. Bertrande Archiepiscope tuis iustis postulationibus benigno concurrentes assensu. ad exemplar predecessorum nostrorum. Alexandri Urbani et aliorum Romanorum Pontificum. Trancnsem ecclesiam cui deo auctore preesse dinosceris sub beati Petri et nostra protectione suscipimus. et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes ut quascumque possessiones. quecumque bona eadem ecclesia impresentiarum iuste

et canonice possidet. aut in futurum concessione Pontificum. largitione
regum vel principum. oblatione fidelium aut aliis iustis
modis prestante domino poterit adipisci. firma vobis vestrisque
successoribus. et illibata permaneant. Iu quibus hec proprie duximus
exprimenda vocabulis. urbem videlicet Tranensem. Coratum.
Andren. Barulum. Vigilias metropolitico vobis iure subiectas. cum
omnibus perlinentiis suis. et ecclesiis constructis intus et foris.
Quicquid dignitatis. et quicquid parrochiarum ad Tranensis Archiepiscopatus
ecclesiam cognoscitur pertinere. Monasterium sancte
marie de monte. quod in territorio Tranensis civitatis situm est
cum aliis monasteriis et ecclesiis ad predicta loca pertinentibus.
Et quecumque alia ad vestram ecclesiam iuste atque canonice
pertinere noscuntur. Pallei usum etiam tibi tuisque successoribus[Page 109]

in festivitatibus illis concedimus. que Romane ecclesie concessione
distincte sunt. scilicet Nativitate domini. S. Stephani. Epyphania
domini. Cena domini. Sabbato sancto. Resurrectione. Ascentione.
Pentecoste. Nativitate Sancti Johannis baptiste. In natale omnium
apostolorum. Tribus festivitatibus sancte marie. Commemoratione
omnium Sanctorum. In consecratione ecclesiarum. altarium. et
clericorum. In diebus confessorum quorum corpora in tua ecclesia
requiescunt. Cuius nimirum pallei volumus te per omnia genium
vendicare. Huius siquidem indumenti honor. humilitas atque iustitia
est. Tota ergo mente fraternitas vestra se exhibere festinet in prosperis
humilem et in adversis siquando eveniunt cum iustitia erectam.
amicam bonis perversis contrariam. Nullius umquam faciem
contra veritatem suscipiens. Nullius umquam faciem pro
veritate loquentem premens. Misericordie operibus iuxta virtutem
substantie insistens. et tamen insistere etiam supra virtutem cupiens.
Hec est frater carissime pallei accepti dignitas. quam si
sollicite servaveris. quod foris accepisse ostenderis intus habebis.
Preterea confirmamus ut idem Tranensis Archiepiscopatus cum
parrochiis sicut ex predecessorum nostrorum privilegiis institutum
est perpetuo sine diminutione permaneat. et Romane tantum ecclesie
subiectus in perpetuum cum omni dignitate sua et integritate
persistat. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat
prefatam ecclesiam temere perturbare. aut eius possessiones auferre.
vel ablatas retinere. minuere. aut aliquibus vexationibus fatigare.
Sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatione
et sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Salva
in omnibus apostolice Sedis auctoritate. Si qua igitur in futurum
ecclesiastica secularisve persona hanc nostre confirmationis paginam
sciens contra eam temere venire temptaverit. secundo tertiove
commonita si non satisfatione congrua emendaverit. potestatis
honorisque dignitate careat. reamque se divino iudicio existere de
perpetrata iniquitate cognoscat. et a sacratissimo corpore ac sanguine
dei et domini redemptoris nostri ihesu xristi aliena fiat.
atque in extremo examine divine ultioni subiaceat. Cunctis autem[Page 110]

Nella Rota si legge: + Oculi mei semper ad Dominum || Sanctus | Petrus | Sanctus | Paulus | ADRI|ANUS |P(a)p(a) | IIII - BENE VALETE

eidem loco sua iura servantibus sit pax domini nostri ihesu xristi
quatinus et hic. fructum bone actionis percipiant. et apud districtum
iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

+ Ego Hymarus tusculanus episcopus SS.
+ Ego Hubaldus presbiter Cardinalis tituli Sancte Praxedis SS.
+ Ego Julius presbiter cardinalis tituli Sancti Marcelli SS.
+ Ego Bernardus presbiter cardinalis tituli Sancti Clementis SS.
+ Ego Octavianus presbiter Cardinalis tituli Sancte Cecilie SS.
+ Ego Johannes presbiter cardinalis tituli sanctorum Silvestri
et martini SS.
+ Ego Ildebrandus presbiter Cardinalis Basilice Apostolorum SS.
+ Ego Guido diaconus Cardinalis Sancte Marie inporticu SS.
+ Ego Johannes diaconus Cardinalis sanctorum sergii et bacchi SS.
+ Ego Boso diaconus cardinalis sanctorum Cosme et Damiani SS.
+ Ego Albertus diaconus cardinalis sancti Adriani SS.

Data Rome apud sanctum Petrum per manum Rolandi sancte
Romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii XI Kalendas
februarii indictione VI Anno. M.C.L.VII Pontificatus vero domini
Adriani pape IIII Anno IIII.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro
# documento n. 47

[Page 111]

**XLVII.**
**Anno 1159.**

Adrianus Episcopus Servus Servorum Dei Venerabili fratri Bertrando Tranensi Archiepiscopo eiusque successoribus canonice substituendis in perpetuum.
Cum ex iniuncto nobis a deo apostolatus officio. quo cunctis xristi fidelibus ex superni dispositione arbitrii preminemus. singulorum paci et tranquillitati debeamus intendere. presertim pro illorum quiete oportet nos esse sollicitos. qui pastorali dignitate sunt prediti. et ad officium pontificale promoti. Nisi enim nos eorum utilitatibus intendentes. ipsorum iura in quantum deo permittente possumus integra conservemus. et apostolica auctoritate eos a pravorum incursibus defendamus. de illorum salute non vere poterunt esse solliciti. qui sibi ad regendum domino sunt disponente commissi. Ea propter venerabilis in xristo frater archiepiscope tuis iustis postulationibus gratum impertimur assensum. et prefatam Tranensem ecclesiam cui deo auctore preesse dinosceris sub beati Petri et nostra protectione suscipimus. et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes ut quascumque possessiones. quecumque bona eadem ecclesia impresentiarum iuste et canonice possidet. aut in futurum concessione pontificum largitione regum vel principum. oblatione fidelium. seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci. firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. Statuimus autem ut debitam et consuetam portionem oblationum vivorum et mortuorum in parrochia tua Trano scilicet. Barulo. et Curato. tam tu quam successores tui habere absque contradictione aliqua debeatis. Adicientes ut nullus in parrochia tua sine licentia et assensu tuo ecclesiam vel quodlibet oratorium edificare presumat. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatam ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre. vel ablatas retinere. minuere. seu quibuslibet vexationibus fatigare. sed illibata omnia et integra conserventur.[Page 112]

eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Salva sedis apostolico auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit. secundo tertiove commonita nisi presumptionem suam congrua satisfactione correxerit. potestatis honorisque sui dignitate careat. reamque se divino iudicio existere. de perpetrata iniquitate cognoscat. et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et redemptoris nostri iehsu xristi aliena fiat. atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus. sit pax domini nostri iehsu xristi. Quatinus et hic fructum bone actionis percipiant. et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant AMEN amen amen.

Nella Rota si legge: OCULI MEI SEMPER AD DOMINUM || S(an)c(tu)s Petrus | S(an)c(tu)s Paulus || ADRI|ANUS | P(a)p(a) | IIII

Ego Gregorius sabinensis episcopus SS:
+ Ego hubaldus hostiensis episcopus SS:
+ Ego Galterius albanensis episcopus SS:
+ Ego Hubaldus cardinalis tituli sancte crucis in iehrusalem SS:
+ Ego Iohannes presbiter Cardinalis Sanctorum Iohannis et Pauli tituli Pamachii SS:
+ Ego Ildebrandus presbiter cardinalis basilice duodecim apostolorum SS:[Page 113]

+ Ego Iacintus diaconus cardinalis sancte marie in cosmydyn SS:
+ Ego Oddo diaconus Cardinalis Sancti Nicolai in Carcere Tulliano SS:
+ Ego Ardicio diaconus Cardinalis sancti Theodori SS:
+ Ego Boso diaconus Cardinalis Sanctorum Cosme et damiani SS :

Data laterani per manum Rolandi sancte romane ecclesie presbiteri cardinalis et Cancellarii. XIII Kalendas Maii. indictione VII. incarnationis dominice Anno MCLVIIII. Pontificatus vero domini ADRIANI pape ?III anno quinto.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro
# fino all'anno 1266), documento n. 48

[Page 113]

**XLVIII.**
**Anno 1160.**

Incarnationis xristi Jhesu Domini nostri millesimo centesimo
sexagesimo. Et Decimo Anno regni domini nostri Guilelmi magnifici
regis Augusti Sicilie atque Italie Mense Augusto indictione
octava. nos petrus filius nanni et mulier nomine donnula filia maioris
uxor eiusdem petri civitatis trani presentibus trasagusto iudice
aliisque subscriptis testibus. consentientibus michi que supra
mulier in omni subnotato eodem viro meo et teudelperto clerico
consobrino meo filio petri et smaragdo parente meo filio otte. Si
qui enim alii propinquiores vel ad consentiendum aptiores parentes
michi inveniuntur aut absentes sunt inter quos est leo alter
consobrinus meus filius affati petri. aut infra etatem inter quos
sunt marinus generus meus. et germanus meus. licentia quoque
eiusdem iudicis me legaliter inquirentis. voluntarie guadiam et nos
et sillittum notarium filium samari mediatores dedimus iohanni
russoni filio bisantii qui et iudex eiusdem civitatis eundem tamen
sillittum notarium solummodo pro defensione inferius dicende antepositionis.
Ut a modo ad quatuor annos completos nos vel nostri
heredes demus ei eiusve heredibus sexagintasex solidatas ducatorum
bonorum novorum tredecim ducatus pro qualibet et quot
plures tunc ierint quas ei debemus. sin per stantiam sibi illas duplicemus.
Unde et per fustis traditionem anteposuimus ei duas[Page 114]

petiolas vinearum continentes in se unam vineam quadragenalem.
Que sunt in cluso despote. Quarum una est ab oriente et meridie
iuxta petias vinearum que fuerunt iohannis filii radolboni. ab occidente
iuxta petiolam vinearum nicolai filii nicolai notarii. a septentrione
iuxta petiam vinearum choripalati filii stefanitii monachi.
altera vero est ab oriente iuxta vineas ursonis filii basilii. a meridie
a medio limite iuxta vineas eiusdem choripalati. ab occidente
iuxta vineas ademarii filii choripalati. a septentrione iuxta
vineas smaragdi filii bisantii. Ut nec nobis nec nostris heredibus
eandem antepositionem eiusve partem alienare liceat set amodo
usque ad predictos quatuor annos idem iohannes russo et sui heredes
teneant eandem appignoratam pro lucro eiusdem debiti vel
alii tenendam dent si voluerint fruituri ea sue proprietati. Completo
vero eodem constituto si non reddiderimus eis predictas solidatas
eadem antepositio omnino sit eorum ad faciendum inde
quod voluerint cum inferioribus et superioribus introitibus et exitibus
suis omnibus quam intus se manentibus. nobis defendentibus
eis eandem appignorationem et antepositionem ab omnibus ominibus.
Que ni fecerimus demus eis pro his curie sine fraude promissa
et pena quindecim solidos regales aureos prelecta completuri.
Et nos mediatores tribuimus eis licentiam sine compellatione
nos nostrosque heredes pignorare per omnia nostra iure vetita ac
permissa per convenientiam tenendi se in me qui supra petrus ex
omnibus predictis vel eorum parte et in me que supra mulier ex
quarta parte omnium predictorum et si plus michi ibidem pertinet.
et in me qui supra silliltus notarius solummodo ex defensione
superdicte appignorationis et antepositionis. et si alium aliosve nostri
prius appellaverint liceat eis ad alium aliosve nostri qualiter
voluerint per affatum tamen ordinem transitum optinere. sic et
de nostris heredibus donec adimpleantur eis prefata. Que scripsit
Bisanlius notarius qui ibi fuit.
+ Testis robustus iudex his est Trasagustus.
+ Ego marinus testis sum
+ Te. stis. ber. vorum. garga. nus. fit. vo. nus. orum.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro
# all'anno 1266), documento n. 49

[Page 115]

**XLIX.**
**Anno 1160.**

Incarnationis xristi Jhesu Domini nostri Anno millesimo centesimo sexagesimo primo et undecimo Anno regni domini nostri Guilielmi magnifici regis Augusti Sicilie atque ilalie mense Novembris indictione Nona. Ego mulier nomine laia filia relicta iohannis magistri civitatis Trani presentibus Amoruzio iudice aliisque subscriptis testibus. voluntarie consentientibus michi in domni subnotato ungrulo filio ursonis et ursone filio eiusdem ungruli et bisantio filio ursonis parentibus meis. si qui enim alii propinquiores vel ad consentiendum aptiores parentes michi inveniuntur aut absentes aut infra etatem sunt. licentia quoque eiusdem iudicis me legaliter inquirentis. voluntarie per fustis traditionem pro remedio anime ursonis presbiteri filii mei ceterorumque parentum defunctorum meorum ac anime mee salute do tibi domino petro venerabili abbati monasterii ecclesie sancte marie in colonia siti accipienti vice eiusdem monasterii unam domum cum sortione curtis coniuncta eidem domui pertinente. Que casa est intus eadem civitate extra parietem iuxta prefatam curtem comunem et a medio castro iuxta casam filiorum iohannis magistri et a medio pariete iuxta casam et a medio pariete iuxta casam angeli filii sassonis. et a presenti eadem mea datio omnino sit eiusdem monasterii ad faciendum inde quod voluerit cum inferioribus et superioribus introitibus et exitibus suis omnibus intra se manentibus. hac tamen conditione huic mee dationi imposita. quatinus donec vixero teneam eandem domum et si in necessitatem incidero et pars eiusdem monasterii non liberaverit me de eadem necessitate libera michi potestas competat tantum de eadem mea datione alienare quantum ab eadem necessitate michi incumbenti liberari valeam. Guadiam quoque et me mediatorem tibi accipienti vice eiusdem monasterii dedi astante tecum in omnibus predictis et subscriptis domnozito. ut ego et mei heredes[Page 116]

defendamus parti eiusdem monasterii eandem meam dationem in predicto modo ab omnibus hominibus. Quod nisi fecerimus demus parti eiusdem monasterii pro his curie sine fraude promissa et pena viginti solidos regales aureos prelecta completuri. Et ego mediator tribui ei licentiam sine compellatione me meosque heredes pignorare per omnia nostra iure vetita ac permissa donec adimpleantur ei prefata. Que scripsit Bisantius notarius qui ibi fuit.

+ Censor Regalis Ameruzius Vera prefaris
+ Ego domnozitus maraldi filius
+ Ego eustasius scriba.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metropolitano della città di Trani (dal secolo IX fino all'anno 1266), documento n. 50



**L.**
**Anno 1161.**

Anno a dei et Karnis unione Millesimo Centesimo Sexagesimo primo. Et undecimo anno Regni domini nostri Guillelmi magnifici regis Sicilie ac italie undecimo die mensis ianuarii indictione nona. Ego filippus filius iaquinti civitatis trane presentibus subscripis testibus voluntarie Guadiam et me mediatorem dedi Samardano filio eiusdem civitatis ut ad unum annum finitum ego vel mei heredes demus pro animabus nostris ei eiusque heredibus quatuor libras ducalium bonorum per singulas ducales triginta et quot plures tunc ierint pro emendo uno mantello nil querentes exinde nisi missas et orationes ad deum pro animabus nostris. Alioquin demus curie sportulas pro his sine dolo promissas et penaliter tres regales aureos prelecta completuri. Et ego mediator tribui eis licentiam sine compellatione me meosque heredes pignorare per omnia nostra qualiacumque vel quantacumque pignora donec prelecta adimpleantur SCRIBERE QUE STUDUIT BENE SCRIPTA NOTARIUS URSO.
+ Ego. simeon. filius. choripalati. testis. sum.
+ Ego. ademari. filius. choripalati.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro
# all'anno 1266), documento n. 51



**LI.**
**Anno 1162.**

Patris eximii incarnati filii Anno millesimo centesimo sexagesimo secundo et duodecimo anno domini Guillelmi invictissimi et excellentissimi Regis Sicilie et Italie filii et heredis domini Rogerii serenissimi Regis felicissime recordationis mense maggio indictione decima. Ego Sere iohannes iuvenacensis catepanus filius philippi iudicis civitatis trani intus predicta civitate iuvenacie bonis coram hominibus declaro quia recepi prestitum duas uncyas auri tarinorum bonorum Sicilie a mauro filio domini porfidi olim catepani nominate civitatis iuvenacie pro quibus Voluntarie per fustis traditionem impigno ei unam vineam meam de terra quadragenalem cum arboribus olivarum que est in loco cursiniano in capite clausuree mee occidentis cui insunt fines. Primo fine sunt olivo mee. Secundo a medio limite sunt olive filii petracce makinolfi. Tertio a medio pariete sunt olive muscati olim catepani et domini nicolai filii predicti petracce makynolfi. Quarto a medio pariete sunt olive monasterii sancte marie. hanc itaque traditam impignationem finibus et pertinentiis suis et cum omnibus que intus sunt in tali ratione ei tradidi. Quatynus a modo per totum mensem ianuarium proximo venturum cum indictione duodecima ipse et sui heredes eamdem teneant impignationem lavorent cultent et expurgandi causa beneficii potestatem habeant et refrudient ea et de refrudio quod voluerint faciant pro predicti debili lavore vel cui voluerint ad tenendum et refrudiandum ac impignan . . . . . . . . . In eodem vero termino ego vel mei heredes reddamus ei vel illius heredibus vel illis qui ab . . . . . eam tenuerint notatas auri uncias et predicta impignatio nostre redeat potestati . . . . . . . . . . . capsato. refrudio tamen collecto. Verum si in predicto termino eis predictum debitum ut dictum est non reddiderimus et illorum voluntas erit expectare nos inantea. teneant eandem impignationem

ut dictum est liceatque eis ad tenendum et refrudiandum ac impignandum cui voluerint concedere et non habeamus potestatem eam recolligendi ni de tertio in tertio mense inantea . . . . . . . et donec tenuerint eam in predicto ordine et ratione defendamus illam eis a parte amite mee et matris mee illarumque heredum et ab omnibus hominibus. Unde sponte guadiam eidem mauro do et me mediatorem pono in reddendo predicto debito. Necnon et mediatorem pono durandum K. . . . . compatrem meum filium andree nominate civitatis iuvenacie pro sola defensione predicte impignationis usque quo ego et mei heredes observemus et adimpleamus ei illiusve heredibus vel illis qui eam a parte illius tenuerint quomodo et qualiter predicta sunt omnia. Sic enim nobis placuit. Quod si in causationes illos exinde miserimus iustam eptagiam quam curie dare promiserint nostro de proprio persolvamus predictis per modum in predicto ordine et ratione perimpletis ac observatis. licentiamque ego qui supra sereiohannes catepanus obligator et mediator ac ego qui supra durandus mediator tantummodo in sola defensione eiusdem impignationis eis tribuimus pignorare nos nostrosque heredes per omnes nostras res legibus vetitas seu concessas sine appellatione donec particulariter ea omnia fuerint consummata. et Hoc Scriptum Scripsit Johannes Judex Sui Prioris Protonotarii honoris in hoc Officio fungens. Quod eo presente Gestum est.

\+ petracca testis sum
\+ Ego nicolaus polillus testis sum

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro
# documento n. 52



**LII.**
**Anno 1162.**

Venerabilibus Fratribus Almarico Dominici Sepulcri Palriarche. atque Nicolao Conventus eiusdem Sepulcri Priori. eorumque successoribus canonice substituendis. Bertrandus Tranensis Archiepiscopatus humilis Minister. in perpetuum. Cum ex iniuncto[Page 119]

nobis a Deo Pontificatus officio. quo commissis nobis Christi fidelibus. ex superni dispositione arbitrii preminemus. paci. et tranquillitati specialiter intendere debeamus. Presertim ad religiosorum virorum quietem oportet nos esse sollicitos. atque eorum summopere. qui Pastorali Dignitate sunt praediti. et ad officium Pontificale promoti. Ea propter. Venerabiles in Christo Fratres. Almarice Patriarca. et Nicolae Prior vestris iustis postulationibus. consensu Mandonis Arcidiaconi. Falconis Archipresbyteri. et ceterorum nostre Ecclesie Clericorum. atque Mundonis Barolilani Archipresbyteri. Ego Bertrandus Tranensis Archiepiscopus pro bono pacis. et quietis assensum praebere decerno. Nam quedam Parrochialis Ecclesia nostro regimini subiecta intra moenia Baroli sub nomine Sancti Sepulcri fundata consistit. pro qua inter nostram Tranensem Ecclesiam. et Fratres Dominici Sepulcri intolerabilis contentio erat. At quoniam servos Dei litigare non decet. frater ?Azo Canonicus Sancti Sepulcri. vir religiosus. contentiones. repellere. et pacem componere summopere studens. utilitatibus quoque Ecclesie suae canonice. et religiose deserviens. salubriori suscepto consilio pro pace. et concordia contrahenda. me. et Capitulum Ecclesie nostre in hunc modum convenit. Videlicet ius quarte partis. quod nostre Maiori Tranensi Ecclesie. tam in mobilibus. quam in stabilibus ex dono fundatoris pertinebat. ius etiam tertiae partis de oblationibus vivorum. et ius quarte partis de oblationibus mortuorum. quod nostre Maiori Tranensi Ecclesie iure pontificali competebat. a nobis successoribusque nostris Ecclesie Sancti Sepulcri in perpetuum relaxari suppliciter petiit. Nos itaque Capituli nostri communicato consilio. nihilominus paci. et tranquillitati deservire gaudentes. honestis et canonicis postulationibus suis. assensum impertiri curavimus. Sed quia sicut nec possumus ita nec debemus Ecclesie nostre. cui Deo Auctore presidemus. conditionem deteriorem facere. unanimiter decrevimus. a iure quarte partis rerum stabilium et mobilium. quod ex dono fundatoris nobis pertinebat. et a iure tertie et quarte partis de oblationibus vivorum. et mortuorum. quod iure pontificali nobis competebat.[Page 120]

Ecclesiam Dominici Sepulcri omnino absolvere. Ad cuius nostre concessionis maiorem firmitatem. privilegium. quod ab Antecessore nostro Archiepiscopo Primo Bisantio. inde factum fuerat. eidem Priori ad habendum. et tenendum cum potestate tradidimus. Et pro canonica recompensatione predictus Prior Azo possessiones stabiles tam in domibus. quam in vineis versa vice Ecclesie nostre ?Tranensi recompensaret. Insuper praedicti Sancti Sepulcri Parrochiali Ecclesie Baptisterium. cimiterium. carnarium. plebem. et ceteras consuetudines. sicut ceteris eiusdem Civitatis Parrochialibus Ecclesiis habere et tenere concessimus. salva auctoritate nostrae Tranensis Ecclesie. videlicet nobis. successoribusque nostris in eadem Ecclesia Dominici Sepulcri. Parrochianos nostros ligandi atque solvendi. missas pupplice. et privatim celebrandi. et cetera Sacramenta. et officia Pontificalia exercendi perpetuo libera sit potestas. De coetero decrevimus. ut Rectores eiusdem Ecclesie. et universi eiusdem Religionis. tam Clerici. quam laici. qui in eadem penitos oblati ministraverint. libertatem. pacem. et quietem. atque protectionem a nobis. nostrisque successoribus optineant in perpetuum. Si qui vero Clerici vel Laici extranei dum in eadem deservierint. nihilominus a nobis et nostris Ministris pacem et quietem optineant. nisi aliqui eorum criminalem culpam vel puplicam infamiam incurrerint. Preterea concessimus. ut nec nobis. nec nostris successoribus in rebus predicte Ecclesie tam

mobilibus quam stabilibus. habitis vel canonice habendis. aliquid
exigendi in posterum aliqua sit facultas. Possessiones vero. quas
pro predicta vicariatione suscepimus. iste esse dinoscuntur. Sex
vinee. que olim fuerunt Leonis de Marra. et quatuor alie vinee.
et duo vinealia. quae fuerunt Dardani in dicti continuitatem habentia
cum predictis sex vineis in territorio Baroli. Domus etiam una.
quae fuit Simonis Anglici in Burgo Sancti Sepulcri. cum introitibus.
et exitibus. et finibus suis. sicut plenarie continetur in brevibus
emptionis. et venditionis. et donationis ab Azone Priore
vice totius Ecclesie Dominici Sepulcri nobis inde factis. et traditis.
Preterea in territorio Tranensi. videlicet in loco Drusani octo[Page 121]

vinee. et ordines quatuor. que fuerunt Jobannis filii Jaquinti
cum omnibus sibi iure pertinentibus. sicut in scripto emptionis
exinde facto continetur. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica.
secularisve persona. sciens. contra hanc nostre concessionis paginam
temerario ausu ire temptaverit. secundo. tertiove commonita.
nisi presumptionem suam congrua satisfactione correxerit.
ream se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat.
Et a sacratissimo corpore. ac sanguine Dei. et Domini Redemptoris
nostri Jesu cristi. aliena fiat. Atque in extremo examine districte
ultioni subiaceat. Ut autem hec nostra concessio Ecclesie Dominici
Sepulcri. tibi Venerabilis Frater Azo. vice eiusdem Ecclesie
suscipienti. successoribusque tuis. firmissima illibataque permaneat.
eam per manus Samari nostre Ecclesie Diaconi. atque
Scriniarii in scriptum redigi. atque signum nostro manus. pro
priumque nomen. atque Canonicorum nostrorum nomina subscribi.
et denotari. sigillo quoque nostre Ecclesie scriptum premuniri
mandavimus. Unde facta sunt. duo scripta. alterum ad habendum
a nostra Maiori Ecclesia, alterum vero ad tenendum a praefata
Ecclesia Dominici Sepulcri. Que commutatio celebrata est Incarnationis
Domini nostri Jesu cristi anno millesimo. centesimo. sexagesimo
secundo. indictione decima. mensis Augusti. nostri vero
Archiepiscopatus anno quinto
(S) Ego Bertrandus Tranensis Archiepiscopus
+ Mando malos dextra fugat Archidiaconus extra
+ Falco piis dictis favet Archipresbyter istis
+ Obstantes hinc Mundus propulit Archisacerdos
+ Ego Russo Sacerdos. et Primicerius Tranensis Ecclesie testis sum.[Page 122]

+ Ego Simeon Diaconus. et Primicerius testis sum
+ Ego Petracca Sacerdos. licet indignus testis sum
+ Ego Smaragdus Sacerdos et. . . . . . . . . . testis sum
+ Ego Marcus Sacerdos. et Cappellanus domini Archiepiscopi
+ Joannes Sacerdos testis sum
+ Ego Mel Sacerdos
+ Ego Vitalis Sacerdos testis sum
+ Ego Blancus Sacerdos testis sum
+ Ego Joannes Zitelius Tranensis Ecclesie Diaconus. et Medicus interfui
+ Ego Jaquintus Diaconus. et Abbas Sancti Joannis. et Pauli
testis sum
+ Ego Ursus Diaconus testis sum
+ Ego Disigius Diaconus. et vicedominus confirmo
+ Ego Samarus Jeracius Diaconus testis sum
+ Ego Joannes Diaconus
CONVENIENS PACI FIRMOR TE TESTE JERACI
+ Ego Joannes Diaconus
+ Archisacerdotis me firmat dextra Leonis
+ Damianus Primicerius Ecclesie Sancte Marie
+ Ego Maraldus Presbyter. Abbas Ecclesie Sancti Salvatoris

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro
# all'anno 1266), documento n. 53



**LIII.**
**Anno 1163.**

Venerabilibus fratribus Almarico dominici sepulcri patriarche ?atque Nicolao conventus eiusdem sepulcri priori. eorumque successoribus canonice substituendis. Bertrandus tranensis archiepiscopatus humilis minister. In perpetuum. Cum ex iniuncto nobis a deo pontificatus officio. quo commissis nobis xristi fidelibus ex superni dispositione arbitrii preminemus. paci et tranquillitati specialiter intendere debeamus. presertim ad religiosorum virorum

quietem oportet nos esse sollicitos. atque eorum summopere qui pastorali dignitate sunt prediti. et ad officium pontificiale premoti. Eapropter venerabiles in xristo fratres Almarice patriarcha. et Nicolae prior. vestris iustis postulationibus. Consensu Mandonis archidiaconi. Falconis archipresbiteri. Mundonis barolitani archipresbiteri. et ceterorum nostre ecclesie clericorum. Ego Bertrandus tranensis archiepiscopus pro bono pacis et quietis assensum prebere decerno. Nam quedam parrochialis ecclesia nostro regimini subiecta intra menia baroli sub nomine sancti sepulcri fundata consistit. pro qua inter nostram tranensem ecclesiam et fratres sepulcri intollerabilis contentio erat. At cum servos dei litigare non decet. Frater Azo canonicus sepulcri vir religiosus contentiones repellere et pacem componere summopere studens. utilitatibus quoque ecclesie sue canonice et Religiose deserviens. salubriori suscepto consilio pro pace et concordia contrahenda me et capitulum ecclesie nostre in hunc modum convenit. videlicet ius quarte partis quod nostre maiori tranensi ecclesie tam in mobilibus quam in stabilibus ex dono fundatoris pertinebant a nobis successoribusque nostris ecclesie sancti sepulcri imperpetuum relaxari suppliciter petiit. Nos itaque capituli nostri communicato consilio nichilominus paci et tranquillitati deservire gaudentes. honestis et canonicis postulationibus suis assensum impertiri curavimus. Sed quia sicut nec possumus ita nec debemus ecclesie nostre cui deo auctore presidemus conditionem deteriorem facere. unanimiter decrevimus. a iure quarte partis ecclesiam dominici sepulcri absolvere. et pro canonica recompensatione predictus prior Azo. non numeratam pecuniam sed possessiones stabiles tam in domibus quam in vineis versa vice ecclesie nostre tranensi recompensaret. Insuper predicti sancti sepulcri parrochiali ecclesie. Baptislerum. cimiterium. carnarium. et ceteras consuetudines. sicut ceteris eiusdem civitatis parrochialibus ecclesiis habere et tenere concessimus. Salva in omnibus et per omnia auctoritate nostre tranensis ecclesie. sicut in eadem parrochia et ceteris baroli parrochiis. iuste et canonice obtinere et exercere debemus. Jus tamen tertie partis

de oblatione vivorum. et quarte partis de oblatione mortuorum. que iure pontificali nobis competeret. causa tranquillitatis et pacis ex gratia remittimus. Possessiones vero. quas predicta vicariatione suscepimus. iste esse dinoscuntur. Sex vinee que olim fuerunt leonis de marra. et quatuor alie vinee et duo vinealia que fuerunt Dardani in dicti continuitatem habencia cum predictis sex vineis in territorio baroli. Domus etiam una que fuit Symonis anglici in burgo sancti sepulcri in via ubi plaustra efficiuntur. cum itroitibus et exitibus et finibus suis sicut plenarie continetur in brevibus emptionis. venditionis. et donationis ab Azone priore vice totius ecclesie dominici sepulcri nobis inde factis et traditis. Preterea in territorio tranensi. videlicet in loco drusani. Octo vinee et ordines quatuor. que fuerant iohannis filii iaquinti cum omnibus sibi iure pertinentibus. sicut in scripto emptionis exinde facto continetur. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona sciens contra hanc nostre ordinationis paginam temerario ausu ire temptaverit. secundo tertiove commonita. nisi presumptionem suam congrua satisfactione correxerit. ream se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat. et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri ihesu xristi

aliena fiat. atque in extremo examine districte ultioni subiaceat.
Ut autem hec nostra constitutio ecclesie sancti sepulcri. tibique
venerabilis frater prior Azo vice eiusdem ecclesie suscipienti. successoribusque
tuis firmissima illibataque permaneat. eam per manus
Johannis nostri diaconi et notarii in scripturam redigi. atque
signum nostre manus propriumque nomen atque canonicorum nostrorum
nomina subscribi et denotari. sigillo quoque nostre ecclesie
scriptum inde factum premuniri mandavimus. Unde facta sunt
duo scripta per manus predicti iohannis diaconi et notarii. Alterum
ad abendum a nostra Maiori ecclesia. alterum vero ad tenendum
a prefata ecclesia dominici sepulcri. Que commutatio celebrata
fuit. Incarnationis domini nostri ihesu xristi. Anno Millesimo.
Centesimo. Sexagesimo. Tercto. Indictione undecima. Mensis
Januarii. Nostri vero archiepiscopatus Anno Quinto.[Page 125]

(S) Ego Bertrandus tranensis archiepiscopatus
humilis minister.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro
# 1266), documento n. 54

[Page 125]

**LIV.**
**Anno 1163.**

Anno millesimo centesimo sexagesimo tertio incarnato ihesu xristo domino nostro. tertio decimo anno Regni domini nostri Wilielmi magnifici regis augusti Sicilie ac ytalie die lune quinto decimo mensis iulii undecime indictionis. Ego Rosa filia laudati uxor nicolai filii fasani civitatis trane. Quia in testamentis condendis et defuncti voluntas apparet et in posterum est effectu congruo mancipanda. hoc concupiscens presentibus TRASAGUSTO iudice aliisque subscriptis testibus qum idem vir meus absens est consentientibus michi in omni subnotato iohanne clerico et gregorio germanis meis et maraldizzio getscuscano filio melis et zitomele filio suo parentibus meis nam matheus alter germanus meus absens est et de iure civili tranensi inductum est mulieres liberos habentes rerum suarum alienationes facientes proximioribus parentibus absentibus cum aliis longioris gradus eandem alienationem celebrare posse et blasius alter germanus meus est infra etatem. Licentia quoque eiusdem iudicis me legaliter inquirentis hoc de rebus meis precipio. Ut post obitum meum omnes res mee stabiles et mobiles et quod in rebus eiusdem viri mei iure morgincapitis seu quocunque alio modo pertinet sint simeonis filioli mei nuper nati pro successione et anima mea. cui inter etatem sine liberis mortuo Risa filia mea germana sua succedat. ambobus[Page 126]

itaque inter etatem sine liberis deficientibus de pecunia mea dotali decem solidatas ducalium nostrates et unam superclaviam et unum bictulum demetrie nepti mee filie falconis et marie sorori mee pro anima mea dimitto. Reliquis vero rebus et pecunia meis dotalibus et mantello ab eodem viro meo dari obligato inter quas nec morgincap nec mephium intelligatur equaliter tripartitis. Una sit fabrice sancti nicolai peregrini Relique vero due sint gloriosi filii pro anima mea cuius gloriosi uxor nec iure morgincapitis nec quolibet alio modo quodcunque indecon sequi possit. Verum donec idem filiolus meus legitimus fuerit vel si eo moriente quousque predicta filia mea nupserit omnes iamdicte res mee sint in cura donnule genitricis mee et predicti iohannis germani mei. et eidem filio meo legitimo effecto vel si ad eandem sororem suam eius successio ut predictum est devoluta fuerit ea dentur. Ex quibus nil preter missas et orationes ad dominum pro anima mea peto. Unde et plura scripta facta sunt istud habendum parti predicte f ab rice
QUE SCRIPSIT URSO NOTARIUS QUI INTERFUIT
TESTIS ROBUSTUS JUDEX HIS EST TRASAGUSTUS.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro
# 1266), documento n. 55

[Page 126]

**LV.**
**Anno 1166.**

Ad episcopale ius pertinet et ecclesias dei suo regimini commissas prudenter gubernare. et earum res provida dispositione bonis et probis personis ad gubernandum manutenendum et benecultandum dispertire. Quapropter Ego Bertrandus dei gratia tranensis archiepiscopus consensu Mandonis nostri archidiaconi. Falconis archipresbiteri et aliorum nostre ecclesie clericorum. tibi Johannes nostre maioris ecclesie sacerdos fili melis unam vineam nostre fraternitatis in cluso vie crucis hoc modo ad tenendum concedo. quatinus omni tempore vite tue illam teneas et bene cultes el de illius frudio tuam facias ad voluntatem. Post obitum[Page 127]

vero tuum eadem nostra vinea. in nostrum nostrumque confratrum redeat ius et potestatem ad faciendam de illa quod voluerimus. Que his finibus circumdatur. a mediis limitibus ab oriente et meridie iuxta vineas Parisis filii Bisantii. Ab occidente iuxta vineas monasterii Sancti Sergii et Bacchi. A septentrione iuxta vineas Dauferii filii Petracce. Cuius nostre dationis seriem scribere mandavimus Samarum nostre ecclesie diaconum atque scriniarium. Anno ab incarnatione domini nostri ihesu xristi Millesimo centesimo sexagesimo sexto mense iulio indictione quartadecima. Nostri vero archiepiscopatus anno nono.

(S) Ego Bertrandus Tranensis Archiepiscopus.
+ Mando Malos Dextra Fugat Archidiaconus Extra
+ Falco piis dictis favet archipresbiter histis
+ Ego Russo primicerius tranensis ecclesie testis sum
+ Ego Simeon diaconus et primicerius testis sum
+ Ego Smaragdus sacerdos et sacrista testis sum
+ Ego Blancus sacerdos testis sum
+ Ego Vitalis sacerdos testis sum.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro
# all'anno 1266), documento n. 56

[Page 127]

**LVI.**
**Anno 1166.**

Incarnationis xristi Jhesu Domini nostri Anno millesimo centesimo sexagesimo septimo. Et secundo Anno regni domini nostri Guilielmi invictissimi regis Sicilie atque Italie. Filii et heredis domini Guilielmi gloriosi regis pie memorie. nonodecimo die mensis[Page 128]

novembris indictione quintadecima. Ego iohannes cervinus prenomine civitatis trani filius presentibus subscriptis testibus. voluntarie per fustis traditionem do tibi domino petro venerabili abbati monasterii sancte marie colonie non longe ab eadem civitate siti accipienti vice eiusdem monasterii astante tecum in omnibus his bernardo milite tertiam partem omnium rerum mearum in die obitus mei sine liberis obeunti michi inventarum. hoc modo ut si contigerit me sine descendentibus mori eadem tertia pars omnino sit eiusdem Monasterii ad faciendum inde pars eiusdem monasterii pro anima mea quicquid voluerit. At si liberos dimisero ipsi liberi dent parti ipsius monasterii pro anima mea quatuor uncias de tarenis bonis auri sicilie et in hoc solummodo scilicet in ipsis quatuor unciis id monasterium sit contentum. Ex quibus nil preter missas et orationes ad dominum pro anima mea peto. Guadiam quoque et me mediatorem tibi accipienti vice eiusdem monasterii dedi. ut ego et mei heredes defendamus eidem monasterio eandem meam dationem ab omnibus hominibus. vel demus predictas uncias si liberos dimisero. Quod ni fecerimus demus eidem monasterio pro his curie sine fraude promissa et pena viginti solidos regales aureos prelecta completuri. Et ego mediator tribui ei licentiam sine compellatione me meosque heredes pignorare per omnia nostra iuro vetita ac permissa donec adimplteantur prefata. unde et facta sunt plura scripta istud habendum parti eiusdem monasterii. Que scripsit BISantius notarius qui ibi fuit

+ Ego vitus testis sum
+ . . . . . . . . . .
+ Ego Jordanus filius leoni notarii testis sum
+ Sergius bellula testis est.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro
# all'anno 1266), documento n. 57

[Page 128]

**LVII.**
**Anno 1167.**

Vilielmus dei gratia Rex Sicilie ducatus apulie et principatus capue una cum domina Margarita. gloriosa Regina matre sua.[Page 129]

Bertrando. venerabili tranensi archiepiscopo. et universo Capitulo tranensis ecclesie fidelibus suis salutem et dilectionem. Pervenit ad audientiam nostram quod baiuli qui actenus constituti fuerant a curia nostra super ecclesias pastoribus carentes. ad custodiendas et salve conservandas res ipsarum ecclesiarum quamdiu de pastore eis provideretur. non ita fideliter et studiose. sicut eis a curia nostra instructum erat. servitium ipsum peragebant. sed maletractabant et devastabant res ipsarum ecclesiarum. Verum quia omnes ecclesias regni nostri. et specialiter illas que pastoribus carent in manu et protectione nostra habemus. nolentes ut res earum in aliquo diminuantur aut defraudentur. Statuimus ut deincemps si quis arcbiepiscopus vel episcopus Regni nostri decesserit. res ipsius ecclesie committantur in cura et custodia duarum vel trium de melioribus. et fidelioribus et sapientioribus personis ipsius ecclesie. ad custodiendas et observandas eas ad opus ipsius ecclesie usque dum pastore in ea provideatur. eo modo ut de redditibus et introitibus ipsius ecclesie dent et tribuant ad opus eiusdem ecclesie ad usum deservientium ibi. necessaria rationabiliter sufficientia. et faciant ut ecclesia ipsa multum bene et honorifice serviatur. sicut unquam melius vivente pastore serviebatur. Residuum vero ipsorum introituum et reddituum ab ipsis custodibus ad opus eiusdem ecclesie salve et integre custodiantur. donec pastor ibi constitutus fuerit. Constituto autem in eadem ecclesia pastore quicquid de introitibus et redditibus ipsius ecclesie remanserit. Integrum ipsi pastori assignent et rationem idem ei reddant. Unde hec omnia honestati tue ideo dignitati tue iniunximus significanda. ut sciatis ita de ecclesiis pastoribus carentibus a nostra maiestate esse statutum sicut superius dictum est. Datum Panormi XV die mensis marcii indictionis XVe.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro
# 1266), documento n. 58



**LVIII.**
**Anno 1168.**

Universos Xristianos in sublimitate positos et precipue ecclesiasticas personas decet miserorum hominum calamitates pia equanimitate

supportare. iustis quoque eorundem petitionibus pietatis aures inclinare. atque eorum miserabile desiderium effectu prosequente complere. Qua propter Ego Bertrandus tranensis archiepiscopatus humilis minister consensu Mandonis archidiaconi. falconis archipresbyteri et aliorum ecclesie nostre clericorum tibi fratri Willelme anglice tuisque fratribus elefanciosis debite Raritatis intuitu ecclesiam sancti felicis supra litus maris non longe a trano tuo studio atque helemosinis Xristianorum restitutam. tam tibi quam successoribus tuis qui per me et successores meos canonice intraverint perpetuo tenendam et possidendam concedo. tali quidem tenore ut in predicta ecclesia tu tuique successores decenti studio divinum officium celebrari faciatis. Ad honorem quoque nostre matris ecclesie singulis annis nobis nostrisque successoribus quatuor solidos bonorum provenientium vel eque valens in festo sancti Leucii sine contradictione persolvatis. Ad huius itaque nostre concessionis firmitatem per manum Rogerii tunc temporis nostri cappellani eandem scribi nostroque sigillo sigillari mandavimus. Que concessio facta fuit. Anno Millesimo Centesimo LXVIII. mense augusti. indictione prima. Nostri vero archiepiscopatus anno undecimo.
(S) Ego Bertrandus tranensis archiepiscopus.
+ Mando malos dextra fugat archidiaconus extra
+ Falco piis dictis favet archipresbiter istis
+ Ego Russo sacerdos et primicerius tranensis ecclesie testis sum
+ Ego Petracca indignus sacerdos et vicarius domini archiepiscopi testis sum
+ Nemine dampnetur Samarus quia vera tuetur.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro
# fino all'anno 1266), documento n. 59

[Page 131]

**LIX.**
**Anno 1169.**

+ Anno ab incarnatione domini nostri iehsu Xristi Millesimo Centesimo Sexagesimo Nono Mense Martio indictione Secunda. Regni vero domini nostri Guillelmi triunfatoris Regis anno quarto. Ego Riccardus diaconus filius magistri iohannis tranensis civis Coram Menelao iudice et subnotatis testibus. stante mecum petracca de cennamo advocato meo iturus ierusalem inter cetera mee dispositionis. Tibi Maximille filie Bisantii de parato. tam pro anima mea et parentum meorum. tum quia res tuas multas consupsi et ad meam utilitatem misi. voluntarie dedi et tradidi quartam partem unius domus mee. Similiter et quartam partem pastinorum meorum. Ex Qua donatione mea nichil aliud quero a te preter missas et orationes ad dominum pro anima mea et parentum meorum. Quatinus post obitum meum tu et tui heredes donationem prefatam habeatis possideatis et dominemini. cum introytibus exitibus suis et cum omni iure sibi pertinenti. et de ea et in ea quod volueritis faciatis. Tali conditione ut si te ante Sebastianum et Talistriam filios tuos mori contigerit donatio ipsa sine querela ad ipsos absolute deveniat. Quin etiam per vadiam et me fideiussorem obligo meos heredes ut nullus eorum hanc meam donationem dirrumpere vel removere presumat. Sin autem pene nomine quinquaginta regales aureos vobis componat hoc scripto firmo perdurante. Liceatque vobis sine compellatione pignorare eos in omnibus rebus eorum Licitis et illicitis donec quod prelegitur adimpleatur. Est autem iamdicta domus in burgo novo predicte civitatis iuxta comunem transitum et iuxta casile domini Galgani de barulo regii baroni. et iuxta domum Silie sororis mee. et iuxta domum Jacobi magistri corduanerii. predicta vero pastina sunt in cluso salviano. extra vallonem iuxta pastina Carissimi filii de scintella. et a medio limite iuxta pastina Alferii[Page 132]

magistri. et ixsta vallonem pastinorum Sancte Marie matris ecclesie tranensis. et iuxta limitem pastinorum iohannis pagani filii Jaquinti.
Que scripsit danesius notarius qui interfuit
+ En Menelaus adest censor et hostis abest
+ Manso miles testatur
+ Et Ego supradictus petracca de cennamo testis sum
+ Johannes de pitronella testatur
+ Guilielmus brittonus testatur.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro
# all'anno 1266), documento n. 60



**LX.**
**Anno 1169.**

In nomine sancte et individue Trinitatis Patris et Filii et Spiritus Sancti amen.
Quecumque maiora facta immobilia et in posterum permansura a discretis et sapientibus statuuntur: ad hoc licentia et auctoritate prelatorum. necnon et consensu conventuum. litteris et munimento sub idoneis testibus corroborantur. ne vetustatis rubigine. nec successorum vicissitudine ea aliquando delere possit oblivio. Ac per hoc venerande pater et domine. B. dei nutu tranensis ecclesie Archiepiscope: vobis et universo clericorum vestrorum sacro collegio nolificamus. quod ego. R. sancti templi domini quod est in iehrusalem dictus abbas. et universus capituli nostri conventus. concedimus et approbamus pactum quod in capitulo trani et baroli in presentia splendidarum personarum nobiliumque virorum quorum nomina subscribuntur videlicet de ecclesia sancte marie magdalene intra menia baroli sita. per manus fratrum nostrorum Ricardi et Rainerii inter vos et nos sollempniter celebratum est. Approbamus etiam et firmamus iuramentum fratris nostri guillelmi iam dicte ecclesie rectoris. secundum quod litteris vestris significatum suscepimus. Et ne cursu labentium temporum vel incuria successorum nostrorum augeri vel minui valeat: iustum videtur nobis. ipsum iuramenti tenorem invicem habere sigillatum.

Quicumque enim post decessum fratris guillelmi canonici nostri. sive eo vivente. et annuente: seu clericus aut laicus per nos ibi substitutus ecclesiam prefatam rexerit hoc modo iurare paratus erit. Ego. N. rector ecclesie sancte marie magdalene clericus sive laicus. promitto atque iuro ad hec sancta dei evangelia ut dum hanc prefatam ecclesiam rexero. observem sancte tranensi matrici ecclesie et tibi domino Bertrando venerabili Archiepiscopo tuisque successoribus canonice intrantibus puram fidelitatem. et veram obedientiam. atque canonicam subiectionem. de ordine et officio meo. et de omni iure episcopali quod predicte matri ecclesie et tibi pertinet. et ut tertiam partem de oblatione vivorum. et quartam partem de oblatione mortuorum. sicut iuravit guillelmus huius ecclesie primus rector. integre tibi tuisque successoribus reddam. et quod non ero in facto. neque in dicto. neque consilio neque consensu qualiter predicta tranensis mater ecclesia et tu tuique successores de iustitia et potestate et honore et dignitate vobis competenti in aliquo detrimentum vel diminutionem patiamini. Hec autem omnia fideliter predicte matrici tranensi ecclesie et tibi tuisque successoribus promitto et attendam sine fraude et malo ingenio. sic me deus adiuvet et hec sancta dei evangelia. Que nisi ipse rector adimpleverit. hoc pacto ad irritum redacto. et pro infecto habito. predicta ecclesia ad manus. B. tranensis Archiepiscopi et successorum suorum atque tranensis matris ecclesie quiete et absolute remota occasione redeat. atque deinceps domino. R. abbati sancti templi domini et successoribus suis vel parti eiusdem templi. nulla sit potestas super hoc sive in ecclesiastica seu in seculari curia quamlibet questionem movere. Facta est antem hec carta et confirmata in capitulo dominici templi anno ab incarnatione domini M.° C.° LX.° VIIII.° Indictione. IIa Regnante Amalrico Rege Latinorum. V.° Domino Amalrico existente patriarcha.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro
# all'anno 1266), documento n. 61



**LXI.**
**Anno 1170.**

Wilielmus Dei gratia Rex Sicilie Ducatus Apulie et Principatus Capue una cum domina Margarita gloriosa Regina matre sua comitibus camerariis iustitiariis baronibus et universis baiulis qui sunt de parochia et diecesi Tranensis Archiepiscopatus fidelibus suis salutem et dilectionem. Bertrandus venerabilis Tranensis Archiepiscopus fidelis noster ostendit Maiestati nostre dicens. quod ecclesia Tranensis privatur a vobis et minuitur a vobis de iure suo. videlicet de adulteriis que non permittitis iudicari et corrigi in curia ipsius ecclesie sicut debetur et de personis clericorum que a vobis ut laici judicantur capiuntur et incarcerante. Quod si verum est admodum nobis displicet. et grave ferimus. non enim decet neque volumus ut ea que ab ecclesia iudicari et coerceri debent a vobis iudicentur vel puniantur. Quare mandamus universitati vestre et precipimus ut amodo de adulteris iudicandis non vos intromittatis. Sed si quis de parochia vel diecesi predicte Tranensis ecclesie de adulterio accusatus vel in eo deprehensus fuerit ad iudicium curie ipsius ecclesie iu qua adulteria ipsa iudicari debent consistat. et a curia eiusdem ecclesie iudicetur et corrigatur excepto si per insultum et violentiam adulterium committitur. Quod si accidit iudicetur ab ecclesia de ipso adulterio. de hoc quod spectat ad iudicium ecclesie. et de hoc quod spectat ad iudicium curie nostre. videlicet de insultu et de violentia iudicetur ab ipsa curia nostra. De personis autem clericorum volumus et iubemus ut si aliquis clericus totius parochie vel diecesis predicte Tranensis ecclesie de aliquo forisfacto de quo persona sua iudicari vel condemnari debeat appellatus fuerit non a vobis neque in curia vestra sed ab ecclesia et in curia ecclesie de hoc quod ad personam suam spectat iudicetur et corrigatur siculi convenerit iuxta canones et ius ecclesiasticum. excepto si aliquis clericus

fuerit appellatus de proditione vel de alio huiusmodi magno maleficio quod spectet contra maiestatem nostram. Quod si acciderit volumus et precipimus ut de hoc quod spectat ad iudicium ecclesie iudicetur ab ipsa ecclesia. et de hoc quod spectat ad iudicium curie nostre iudicetur ab ipsa curia nostra. Si vero aliquis clericus de hereditate vel aliquo lenimento quod non ab ecclesia sed a vobis sive per patrimonium sive aliunde in terris vestris teneat appellatus fuerit volumus ut de hoc in curia illius in cuius terra possessiones vel tenimentum habuerit respondeat et quod iustum fuerit faciat non tamen ut persona eius exinde capiatur aut incarceretur. Preterea vobis baiulis precipimus ut ad predicta adulteria coercenda et corrigenda eidem venerabili Archiepiscopo fideli nostro in quibus opus fuerit auxilium tribuatis.
Datum Panormi XVI die mensis martii Indictionis III.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metropolitano della città di Trani (dal secolo IX fino all'anno 1266), documento n. 62



**LXII.**
**Anno 1171.**

Alexander episcopus servus servorum dei. Dilecto filio faleoni canonico Tranensis ecclesie. salutem et apostolicam benedictionem. Justis petentium desideriis dignum est. . . . facilem prebere consensum et vota que orationis tramite non discordant. effectu prosequente complere. Eapropter dilecte in domino fili tuis iustis postulationibus grato concurrentes assensu. ecclesiam sancti Leonis iuxta portum cum omnibus pertinentiis eius. sicut eam de concessione venerabilis fratris nostri B. Tranensis archiepiscopi canonice possides et quiete. salva constitutione Lateranensis concilii. devotioni tue auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Statuentes ut nulli hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere. vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit. indignationem omnipotentis dei. et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.
Datum Tusculi S. . . o Kalendas aprilis.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro
# 1266), documento n. 63

[Page 136]

**LXIII.**
**Anno 1172.**

Incarnationis domini nostri ihesu xristi Anno Millesimo Centesimo Septuagesimo secundo. Et septimo anno Regni domini nostri Guilielmi Magnifici Regis augusti Sicilie atque Italie filii domini guilielmi gloriosi regis bone memorie vicesimo quarto Mensis ianuarii indictionis quinte. Ego bisantia fìlia Abatis relicta boniiohannis genuensis civitatis trani presentibus Amorusio indice aliisque subscriptis testibus. Consentientibus michi in omnibus subscriptis ismaeli consobrino meo filio melis presbiteri qui fuit patruus meus et Amandone tranensis episcopii archidiacono filio mandonis et iolianne filio philippi iudicis parentibus meis. licentia quoque eiusdem iudicis me legaliter inquirentis. voluntarie per fustis traditionem do vobis meli presbitero filio maraldi iudicis et samaro clerico filio bisantii accipientibus vice fraternitatis predicti episcopii. Astante vobiscum in omnibus subscriptis iohanne qui et culicoctus filius medietatem meam unius stationis pro anima mea intus eadem civitate. Et videtur esse iuxta turrem que fuit sinatoris filii et extra parietem iuxta viam publicam. Et iuxta turrem meam et iuxta casam meam. Ex qua datione nil preter missas et orationes ad dominum pro anima mea peto. A presenti quod eadem datio sit in potestate eiusdem fraternitatis predicti episcopii ad faciendum inde quod voluerit cum inferioribus suis usque ad trabes unius tabulatelli sibi prolati cum introitibus et exitibus suis omuibusque intra se manentibus. Guadiam quoque et me mediatricem vobis dedi similiter accipientibus vice iamdicte fraternitatis. ut ego et mei heredes semper defendamus eidem fraternitati eandem dationem ab omnibus hominibus. Quod si aliler fecerimus demus eidem fraternitati quod proinde curie sine dolo promiserint et pena sex solidos regales aureos bonos prelecta observaturi. Et ego mediatrix tribui eidem fraternitati[Page 137]

licentiam sine compellatione me meosque heredes pignorare per omnia nostra licita et illicita donec adimpleantur prefata. Quod scriptum scripsit Manasses notarius qui interfuit.
+ Censor Regalis Amorutius vera prefaris.
+ Saffirus niciforides. ·
+ Guido epi(scopi) Petri filius.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro
# 1266), documento n. 64

[Page 137]

**LXIV.**
**Anno 1172.**

Incarnationis xristi Jhesu Domini nostri Anno millesimo centesimo septuagesimo tertio. Et octavo anno regni domini nostri secundi Wilielmi invictissimi regis Sicilie atque Italie ultimo mensis novembris indictione sexta. Ego lucifer regalis iudex filius russonis civitatis trani quum disigius tranensis ecclesie venerabilis archidiaconus germanus meus inter plura in suo testamento inserta solarium suum cum terrola sibi ab occidentali parte adiacente a Ricardo clerico filio Roberti Senescalki sibi venditum pro anima sua fraternitati tranensis archiepiscopatus sub quibusdam iustis et honestis pactionibus conditionibus dari decrevit ut in scripto eiusdem testamenti liquidissime apparet. et quia tam pium et laudabile decretum cum eius iussu pro lege observari cupio. Ideo presentibus nicolao et iohanne regalibus iudicibus. voluntarie per fustis traditionem do pro anima eiusdem venerabilis arcidiaconi. vobis domine Bertrande reverendissime tranensis archiepiscopo accipiens vice predicte fraternitatis affatum solarium cum iamdicta terrola. Ut a presenti eadem datio in potestate et dominio sit eiusdem fraternitatis ad habendum illam semper. tali tamen conditione ut nunquam ab eadem fraternitate quolibet modo vel titulo datio eadem in toto vel in parte alienetur sed manus iniectione michi meisque heredibus reservata aput quemcumque eius dominium vel possessio translata videbitur. liceat nobis illam vel quod ex ea ut est dictum alienatum fuerit comprehendere. et eiusdem fraternitatis[Page 138]

iuri sub predicto modo mansuram revocare. si vero eadem fraternitas quod deus avertat dissoluta et omnino deleta fuerit eiusdem solarii et terrole dominium iuri predicte matricis ecclesie devolvatur sepedicta conditione nichilominus servata. etiam ut michi meisque heredibus libera potestas competat clericis eiusdem ecclesie choris deservientibus illam tenendam dare. Guadiam quoque et me mediatorem tibi domino archiepiscopo dedi astante tecum in omnibus his trasagusto iudice. ut ego et mei heredes defendamus eidem fraternitati et ecclesie eandem dationem in predicto modo ab omnibus hominibus. Quod ni fecerimus demus vobis pro his curie sine fraude promissa et pena decem regales prelecta completuri. Et Ego mediator tribui vobis licentiam sine compellitione me meosque heredes pignorare per omnia nostra iure vetita ac permissa. donec adimpleantur prelecta. Ex quibus omnibus nil preter missas et orationes ad dominum pro anima mea et eiusdem fratris mei peto. Et est id solarium et terrola intus eadem civitate. Ab oriente extra parietem iuxta curtem coninem. A meridie a medio pariete est casa cuius solarium barnabe presbitero orreum vero supranum Ursoni filio magnistragi pertinet. et inantea est casa bernacii notarii filii rossemanni. Ab occidente est casa donnule uxoris michaelis filii leonis notarii. A septentrione est casa filiorum cesarii iudicis. Unde et facta sunt plura scripta istud habendum parti eiusdem fraternitatis. Que scripsit Bisantius notarius qui ibi fuit.
+ Nicolaus tranentium qui supra iudex.
+ Regalis iudex trani roborat ista Johannes.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro all'anno 1266), documento n. 65

[Page 138]

**LXV.**
**Anno 1175.**

+ Xristi ihesu et salvatoris nostri incarnationis anno millesimo centesimo septuagesimo quinto et decimo anno regni domini nostri Guilielmi gloriosissimi regis dei gratia filii domini serenissimi[Page 139]

regis Guilielmi bone memorie mense maggio octava indictione. Nos petrus camberlicius filius iohannis camberlicii qui me vocor et Andresana uxor eiusdem petri de civitate in eadem ante presentia iohannis iudicis et testium subnotatorum me quidem mulier legaliter inquisita ab ipso iudice et confessa me nullam violentiam coram eodem iudice pati. consensa et voluntate eiusdem mariti mei ac ipso in omnibus subnotatis astante voluntarie per fustem tradidimus et dedimus iussu et voluntate domini nostri Enrici militis filii domini Guilielmi militis malerba Jacono Pagano vicario domini Venerandi archiepiscopi trani in commutationem medietatem unius domus a parte septentrionis Ego petrus camberlicius tres partes eiusdem medietatis et ego andresana uxor eius quartam quam in ipsam medietatem parte ipsius mariti mei habere contigit. eam mediatem domus ipse iaconus paganus vice predicti domini archiepiscopi suscipienti. Et ipsa medietas domus est per hos fines ab oriente iuxta trasendam civitatis et a meridie iuxta aliam medietatem domus Gemme nepotis mee qui supra petrus filia iaquinti camberlicii fratris mei. ab occidente iuxta domum iohannis presbiteri qui dicitur filii ursonis de leo de cara. a septentrione iuxta palatium predicti domini archiepiscopi. Et pro hac nostra commutatione accepimus in commutationem iussu et voluntate predicti domini archiepiscopi ab ipso Jacono pagano unam domum eiusdem domini archiepiscopi et unum perperum auri. Et est ipsa domus a media strictola iuxta domum iohannis delazia ab oriente. a meridie a media palumbula iuxta domum orreatam bisantii de la iudicessa. ab occidente iuxta portam civitatis. a septentrione a media palumbula iuxta domum Ursonis de caruso filii ioannoccari. Quatinus ipse dominus archiepiscopus et successores sui prenominatam medietatem domus ab hodie inantea trasactive habeant possideant dominen. . . . . . . . . . . . . . faciant cum inferiori et superiori cum introitu et exitu suo et cum omnibus suis habitis et contentis. . . . . . . . . . . vadiam iacono pagano dedimus vice predicti domini archiepiscopi suscipienti et mediatorem ei posuimus leonem filium meum qui supra[Page 140]

petrus ut prescriptam medietatem domus nos vel nostri heredes eidem domino archiepiscopo suisque successoribus omni tempore ab omnibus hominibus et ab universis publicis servitiis defendamus. Contra que si fecerimus et eos inde angustiaverimus quinquaginta regales aureos eis componamus commutatione stabili permanente nichilque in hoc breve . . . . . . . unde vacuari possit obiicientibus. Et ego qui supra leo fideiussor tribui eis licentiam pignorare me meosque heredes in omnibus nostris concessis et prohibitis sine compellatione donec omnia predicta eis compleantur. Quod autem scriptum scripsi ego smaracdizius NOTARIUS qui interfui

+ Johannes qui supra iudex
+ . . . . . . . . . . .
+ Ego Ugo Judex

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro
# all'anno 1266), documento n. 66

[Page 140]

**LXVI.**
**Anno 1175.**

Alexander Episcopus Servus Servorum Dei Dilectis Filiis Jacobo Abbati Monasterii Sancte Marie dc Colonia Secus Mare Eiusque Fratribus Tam presentibus Quam Futuris Regularem Vitam professis in Perpetuum ? Pie postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri quatenus et devotionis sinceritas laudabiliter enitescat et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Ea propter dilecti in domino filii vestris iustis postulationibus benignius annuentes. Monasterium vestrum in quo divino mancipati estis obsequio sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et presentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes ut ordo monasticus qui secundum Deum et beati benedicti regulam in eodem loco institutus esse dinoscitur perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea quascunque possessiones quecunque bona idem monasterium inpresentiarum iuste ac canonice possidet aut infuturum concessione pontificum largitione regum vel[Page 141]

principum oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum in quo monasterium ipsum situm est cum omnibus pertinentiis suis. Ecclesiam sanctorum Philippi el Jacobi secus civitatem andri sitam et ecclesiam sancti Andree apostoli ultra flumen Aufidum constructam et ecclesiam sancte dei genitricis marie sitam intra civitatem vigilie cum omnibus pertinentiis earum. Ecclesiam sancti michaelis archangeli de loco Zio. Ecclesiam sancti helie in campo cantile. Ecclesiam sancti Laurentii in loco Auto. Ecclesiam sancti Pauli secus muros Tranensis civitatis. Ad hec sicut a bone memorie predecessore nostro Pascali, pp. statutum est ita quoque presenti privilegio statuimus ut Tranensis archiepiscopus qui pro tempore fuerit de rebus monasterii mobilibus vel immobilibus nihil temere distrahat aut distrahi ab aliis permittat. Ad honorem vero Tranensis ecclesie annis singulis dimidiam auri unciam de vestro monasterio persolvetis. Et preter hoc nulla Tranensi archiepiscopo facultas sit gravaminis vel exactionis in rebus suis prescripto monasterio irrogare neque ipsum a maiori ecclesia neque ab ipso res sue per Goffridum bone memorie fundatorem monasterii traditas sivo alio modo acquisitas aut utensilia ecclesiastica alienare. Alioquin licentia vobis sit quam predictus G. . . . su. . . . . sariis suis reservavit res ipsas ad monasterii usum et monasterium in unitatem maioris ecclesie revocare. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere minuere aut quibuslibet vexationibus fatigare set illibata omnia el integra conserventur eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Salva sedis apostolice auctoritate et Tranensis archiepiscopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit secundo tertiove commonita si non satisfactione congrua emendaverit potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino[Page 142]

iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine dei ac domini redemptoris nostri ihesuxristi aliena fiat atque in extremo examine districte ultioni subiaceat Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax domini nostri ihesuxristi quatinus et hic fructus bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant Amen Amen.

Nella Rota si legge: + VIAS TUAS DOMINE DEMONSTRA MIHI | S(an)c(tu)s | Petrus | S(an)c(tu)s | Paulus || ALEXA|NDER || P(a)p
+ Ego Alexander Catholice Ecclesiae Episcopus SS.
+ Ego Bernardus Portuensis et S. Rufire Episcopus SS.
+ Ego Gualterius Albanensis Episcopus SS.
+ Ego Johannes presbiter cardinalis Sanctorum Johannis et

Pauli. Tituli Pamachii SS.
+ Ego Johannes presbiter Cardinalis Tituli Sancte Anastasie SS.
+ Ego Albertus presbiter Cardinalis Tituli Sancti Laurentii in Lucina SS.
+ Ego Boso presbiter Cardinalis sancte Pudentiane Tituli Pastoris SS.
+ Ego Johannes presbiter Cardinalis Tituli Sancti Marci SS.
+ Ego Manfredus presbiter Cardinalis Tituli Sancte Cecilie SS.
+ Ego Arditio Diaconus Cardinalis Sancti Theodori SS.
+ Ego Cinthius Diaconus Cardinalis Sancti Adriani SS.[Page 143]

+ Ego Hugo Subdiaconus Cardinalis Sancti Eustachii iuxta templum Agrippe SS.
Datum Anagnie per manum Giuliani Sancte Romane ecclesie subdiaconi et notarii. Idibus Novembris Indictione VIIII Incarnationis dominice anno M.CLXXV. pontificatus vero domini Alexandri Pape III anno septimo decimo.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro all'anno 1266), documento n. 67

[Page 143]

**LXVII.**
**Anno 1177.**

Alexander Episcopus Servus Servorum Dei Venerabili Fratri Bertrando Tranensi Archiepiscopo Eiusque Successoribus Canonice Substituendis In Perpetuum.
Iustis fratrum et coepiscoporum nostrorum petitionibus facilem prebere consensum. et eos cum commissis eorum gubernationi ecclesiis sacrosancte Romane ecclesie patrocinio communire. et fraterne ?debito caritatis. et iniuncti nobis a deo apostolatus officio commonemur. ut quanto apud apostolicam sedem maiorem gratiam ?se viderint invenisse. tanto propensius saluti subieclorum intendant et de sui exsecutione officii studiosi semper exsistant. Ea propter venerabilis in Xristo frater. Bertrande Archiepiscope tuis iustis postulationibus benigno concurrentes assensu. ad exemplar predecessorum nostrorum sancte recordationis ALEXANDRI. URBANI. ADRIANI et aliorum Romanorum Pontificum. Tranensem ecclesiam cui deo auctore preesse dinosceris sub beati Petri et nostra protectione suscipimus. et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes ut quascumque possessiones. quecumque bona eadem ecclesia impresentiarum iuste et canonice possidet. aut in futurum concessione Pontificum. largitione regum vel principum. oblatione fidelium aut aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci. firma vobis vestrisque successoribus. et illibata permaneant. In quibus hec proprie duximus exprimenda vocabulis. urbem videlicet Tranen. Coratum. Andren. Barulum. Vigilias metropolitico[Page 144]

vobis iure subiectas. cum omnibus pertinentiis suis. et ecclesiis constructis intus et foris. Quicquid dignitatis. et quicquid parrochiarum ad Tranensis Arehiepiscopatus ecclesiam cognoscitur pertinere. Monasterium sancte marie de monte. quod in territorio Tranensis civitatis situm est cum aliis monasteriis et ecclesiis ad predicta loca pertinentibus. monasterium sancte marie de Colonia. Et quecumque alia ad vestram ecclesiam iuste atque canonice pertinere noscuntur. Pallei usum etiam tibi tuisque successoribus in festivitatibus illis concedimus. Que Romane ecclesie concessione distincte sunt. scilicet Nativitate domini. S. Stepbani. Epypbania domini. Cena domini. Sabbato sancto. Resurrectione. Ascentione. Pentecoste. Nativitate Sancti Johannis baptiste. In natale omnium apostolorum. Tribus festivitatibus sancte marie. Commemoratione omnium Sanctorum. In consecratione ecclesiarum. altarium. et clericorum. In diebus confessorum quorum corpora in tua ecclesia requiescunt. Cuius nimirum pallei volumus te per omnia genium vendicare. Huius siquidem indumenti honor. humilitas atque iustitia est. Tota ergo mente fraternitas tua se exhibere festinet in prosperis humilem et in adversis siquando eveniunt cum iustitia

erectam. amicam bonis ac perversis contrariam. Nullius umquam faciem contra veritatem suscipiens. Nullius umqua faciem pro veritate loquentem premens. Misericordie operibus iuxta virtutem substantie insistens. et tamen insistere etiam supra virtutem cupiens.
Hec est frater carissime pallei accepti dignitas. quam si sollicite servaveris. quod foris accepisse ostenderis intus habebis. Preterea confirmamus ut idem Tranensis Arehiepiscopatus cum parrochiis sicut ex predecessorura nostrorum privilegiis institutum est perpetuo sine diminutione permaneat. et Romane tantum ecclesie subiectus in perpetuum cum omni dignitate sua et integritate persistat.
Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatam ecclesiam temere perturbare. aut eius possessiones auferre. vel ablatas retinere. minuere. seu quibuslibet vexationibus fatigare.
Set omnia integra et illibata serventur eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura.[Page 145]

Salva tamen in omnibus apostolice Sedis auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre confirmationis paginam sciens. contra. eam temere venire temptaverit. secundo tertiove commonita nisi reatum suum digna satisfactione correxerit. potestatis honorisque sui dignitate careat. reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat. et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri ihesu xristi aliena fiat. atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax domini nostri ihesu xristi quatinus et hic fructum bone actionis percipiant. et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant.
AMEN — Amen — AMEN.

Nella Rota si legge: + VIAS TUAS DOMINE DEMONSTRA MIHI | S(an)c(tu)s | Petrus | S(an)c(tu)s | Paulus || ALEXA|NDER || P(a)p(a) | III. - BENE VALETE
Ego Alexander catholice ecclesie episcopus SS.
+ Ego Gualterius Albanensis Episcopus SS.
+ Ego Guilielmus portuensis et sancte rufine episcopus SS.
+ Ego Manfredus Prenestinus episcopus SS.
+ Ego Boso presbiter cardinalis sancte Pudentiane tituli Pastoris SS.
+ Ego Theodinus presbiter cardinalis sancti vitalis tituli vestine SS.
+ Ego Petrus. presbiter cardinalis tituli sancte Susanne SS.[Page 146]

+ Ego Jacyntus diaconus cardinalis Sancte marie in cosmydyn SS.
+ Ego Cynthyus diaconus cardinalis sancii Adriani SS.
+ Ego hugo diaconus cardinalis Sancti eustachii iuxta templum agrippe SS.
+ Ego Laborans. diaconus cardinalis sancte marie in porticu SS.
Data Syponti per manum Gratiani sancte romane ecclesie subdiaconi et notarii. V. Kalendas. februarii. indictione X. incarnationis dominice. Anno. M.° C.° LXX ° VII.° Pontificatus vero domini ALEXANDRE pp. III. anno XVIII.

**LXVIII.**
**Anno 1180.**

Qum Justis viris et religiosis tanta caritatis diligentia et reverentia deferendum est. quanta eorum preclara oratio celum penetrandi obtinet efficaciam. et eorundem fastigio meritorum. intollerabilis delinquentium sarcina a deo toleratur. deletur et impunis redditur. Decem namque tantum iustis viris in singulis quinque civitatibus tunc non repertis. penitus eas deperisse quis hesitatur. Idcirco nos Bertrandus dei gratia Tranensis Archiepiscopatus humilis minister una cum nostro capitulo agnita tam fama quam operum experientia Eustasii. Sillitti. et Balzami. venerabilium sacerdotum religione et honestate. ac sancto eorum proposito sobrie et canonice iuxta sacrosanctam beati Augustini regulam fine proprio vivendi in ecclesia ab ipsis in honorem dei et sancti Archangeli michaelis prope menia baroli constructa pariter et de propriis suis dotata prediis. Ut ipsa itaque ecclesia tara rerum beneficio quam in sancta professione ad honorem dei et nostri Archiepiscopatus in dies proficere et adcrescere valeat. et ut perpetuis eius sacris orationibus tam nos quam universi successores nostri iuvari ac muniri hic et in futuro sentiamus. contemplatione divina et caritatis testibus in libertate et subvenire decrevimus. Ut prefata basilica cum universa fratrum congregatione ibidem deo militantium.

ab omni iure episcopali penitus in perpetuum sit libera et absoluta. Ita tamen ut ipsa nostre tranensi matri ecclesie. melekinum unum nomine incensi. annuatim in perpetuum persolvat. Licentiam quoque eis dedimus suscipiendi clericos vel laicos in ipsa professione canonice ingredi volentes. et habendi fontem. et oleun sanctum et xrisma a nobis accipiendi. et tres cappellanos qui vadant cum corpore et sanguine xristi et processione per vivos et mortuos tam intus civitatem quam et de foris ubicumque. Qui predici cappellani si aliquid quod notorie infamie spectet deliquerint. ceterorum civitatis clericorum iudicio subiaceant. De reliquis vero causis in conventu fratrum prescripte ecclesie corrigantur et constringantur. Quam nostram concessionem si quis violare. infringere. vel quoquo modo molestare presumpserit. anathematis mucrone in perpetuum feriatur. Cuius scripti seriem scribere mandavimus magistrum vitum nostre ecclesie diaconum et camerarium nostrum. Ad huius etiam firmum robur et securitatem sigillum nostrum plumbeum insigniri precepimus et signum nostre proprie manus imposuimus. Anno dominice Incarnacionis. millesimo. centesimo. octogesimo. mense ianuario indictionis tertiedecime. Nostri vero Archiepiscopatus anno vicesimo tertio.
+ Ego Rogerins Cappellanus testis sum.
+ Ego Conradus presbiler interfui.
+ Ego peregrinus archipresbiler baroli testis sum.
+ Ego savinus canonicus . . . . . prior ecclesie sancti iohannis baroli interfui.

+ Ego iohannes sacerdos et cantor sancte marie matricis ecclesie baroli.
+ Ego notarius presbiter et cantor testis sum.
+ Matheus firmum sacer asserit hoc fore scriptum.
+ Ego iohannes rufus venerabilis sacerdos testis sum.
+ Ego eustasius sacerdos et abbas ecclesie sancti mathei testis sum.
+ Ego bartholomeus sacerdos et abbas sancti spiritus.
+ Ego Gregorius sacerdos et abbas sancti salvatoris qui interfui.
. . . . . . . . . . . . . . . petri vicarius domini archiepiscopi in barulo.
. . . . . . . . . . . . . . . dominici templi Kanonicus et prior ecclesie sancte marie magdalene qui interfui.

(Vi è il suggello di piombo pendente da cordicella serica di color rosso — Questo suggello ha da una parte il capo di S. Leucio a dritta e quello di S. Nicola a sinistra con la leggenda sovrapposta. S. LEUCIUS — S. NICOLAUS. e dall’altra parte l’immagine della Vergine con la leggenda laterale *?????—???? )*.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro
# documento n. 69

[Page 148]

**LXIX.**
**Anno 1180.**

Pastoralis officii cura est sollicitudini adhibenda. ut ea que sunt ab apostolis eorumque successoribus sancto spiritu instigante statuta nec dissimulatio negligentie. nec aliqua liceat presumptio perturbare. Sed sicut hoc quod rationis utilitas exigebat oportuit definiri. ita quod definitum est nulla debet vel convenit transgressione violari. Ea propter nos Bertrandus tranensis archiepiscopatus humilis minister apostolorum et apostolicis institutis inconvulsis vestigiis inherentes. presente domino Tasselgardo Regio egregio camerario nobili tranensi concive. tibi Samaro nostre ecclesie archidiacono[Page 149]

vice omnium clericorum nostri archiepiscopatus tam presentium quam futurorum quartam partem omnium decimarum trani et baroli quas magnificus et serenissimus primus Rex Guillelmus felicis memorie nobis donavit tradimus et concedimus. quatinus pro remedio anime eiusdem gloriosissimi Regis Guillelmi nichilominus pro salute atque augmento honoris et glorie presentis invictissimi Regis Guillelmi eius filii. nostra quoque pia recordatione eandem quartam omnium predictarum decimarum clerici maioris ecclesie tam presentes quam futuri equali inter se dividant sortione. Quod si aliquis nostrorum successorum hanc nostram ordinationem infringere vel irritare voluerit tamdiu anathematis vinculo innodatus permaneat quamdiu a molestia et vexatione contra huius nostri scripti tenorem vobis vestrisque successoribus illata maluerit resipiscere. Huius autem nostre concessionis et donationis seriem scribere mandavimus magistrum vitum nostre ecclesie diaconum et camerarium nostrum nostroque plumbeo tipari bullari. Anno dominice Incarnationis Millesimo Centesimo Octogesimo mense iunio Indictionis tertiedecime. Nostri vero archiepiscopatus anno vicesimotertio.

(Vi è il suggello di piombo come quello descritto nel documento precedente).

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro
# documento n. 70

[Page 149]

**LXX.**
**Anno 1180.**

Religionis conveniens est institutis ut inter se sacerdotes domini pacem teneant et conservent quam eos necesse est. pro sue dignitatis officio. aliis annuntiare. Ea propter nos Bertrandus divina favente gratia Tranensis Archiepiscopatus humilis minister sociali caritatis et unionis federe clericos regimini nostro commissos perpetuis temporibus unire volentes consuetudines nostre maioris ecclesie stabilimus el futuris temporibus observandas statuimus et confirmamus. ut earum antiquitas cui predecessores nostri observantiam[Page 150]

sanxerunt. pariter et reverentiam. inconvulsis semper radicibus vigeat et intemerata permaneat. Nichil novi adiicientes sed veterem consuetudinem roborantes observandum disponimus ut clericorum beneficia eorum quorum sunt usibus deputata illibato iure consistant. quatenus manentibus terminis quos patres nostri antiquitus statuerunt. nemo iniuste alienum usurpet. sed intus fines proprios atque legitimos pro ut quisque valuerit in latitudinem se exerceat caritatis. Statuentes igitur presentibus dominis Tasselgardo egregio totius Apulie regio camerario nobili tranensi concive. Nicolao. Johanne. Tedelperto. Sillilto regalibus trani iudicibus perpetuo iure firmamus ut quotiens episcopales presbiteri in ecclesiis missas cantaverint quarum festiva sollemnia celebrantur. de oblationibus eis apposito factis. nulla nobis nostrisque successoribus tribuant portionem. Pariter etiam observari volentes ut quandocumque quilibet nostre civitatis sacerdos super sponsum et sponsam sacerdotalem fuderit benedictionem oblationes sive in auro sive in argento in cereis positas sue retineat proprietati. Cereos vero in eisdem sponsaliciis in maiori ecclesia oblatos archidiaconus de more percipiat. Qui vero in cappellis offeruntur earundem cappellarum usui cedant. Pari etiam observatione concludimus ut nos et nostri successores in festivitatibus sancti Leucii et sancti Nicolai peregrini singulis clericis ternos demus denarios nisi eis prandia maluerimus preparare. Prandium vero nostre vel nostrorum successorum consecrationis in sede propria in palatio nostro statuimus celebrari. Nec dissimili iure adiicimus ut sacerdotes mane confessionem sancti Nicolai peregrini adeuntes ibidem per vices more solito missarum misteria pro populo celebrent. Liceat quoque clericis oblationum sive elemosinarum que illis comuniter offeruntur custodes et partitores de collegio suo eligere et instituere. Similiter volumus et stabilimus ut quotiens de inferiori ad superiorem chorum clerici sunt imponendi primiceriis hec cura et sollicitudo incumbat. Nichilominus antiquum ecclesie morem reformare volentes presenti auctoritate firmamus ut archidiaconus in sollemnitatibus si voluerit. alioquin cui leggendum dederit evangelium legat. cui arcidiacono[Page 151]

quotiens nos et nostri successores clericorum promotiones celebrare disponimus. nostri archipresbiteri parrochiales sicut in metropoli fit civitate ordinandos clericos representent. Preterea consuetudinem nostre tranensis ecclesie cui deo auctore quamvis immeriti presidemus prolixitate temporum roboratam non contrario more subvertere vel divellere. sed eadem qua ad nos usque manavit observantia in posterum propagare cupientes. pariter etiam eiusdem nostre tranensis ecclesie beneficiorum paucitatem adtendentes statuimus et huius privilegi autoritate roboramus. ut nullus in eadem ecclesia ex intruso clericus ingeratur nec in aliena stipendia alterius obrepat nisi quod ad eiusdem ecclesie titulum a prima tonsura per gradus singulos institutus fuerit et ordinatus. ut iuxta sanctorum patrum statuta unusquisque sue fructus militie in ecclesia habeat et accipiat in qua suam per omnia officia transegit etatem. De clericis vero qui a nobis in choris eiusdem ecclesie sunt introducti quadam speciali gratia et favore e clericis filiis nostris nobis impenso id sine refragatione aliqua statuimus observari. ut eis ampliora beneficia absque ratione et consensu maioris partis capituli de cetero non congeramus. Ad hec omnem avaritie

seu turpis lucri notam ab ecclesia dei exterminare volentes
adiicimus ut nec nos nec nostri successores a clericis qui conveniuntur
aliquid abtagie nomine accipiamus nec carcerali eos custodie
mancipemus. Simili quoque iure adnectimus. ut affidate a clericis
extraneis nullis temporibus exigantur nec in tranensi urbe
nisi spectate vite claruerint admittantur. Pari et studio et voluntate
ab ecclesia nostra omne onus perpetuis temporibus relevare
volentes statuimus ut veteri servata consuetudine sacrista maioris
ecclesie quando nos et nostri successores trani fuerimus singulis diebus
cereum ad mensuram unius cubiti camere nostre tribuat. Similiter
et lampadem unam in eadem camera de oleo suo procuret.
Domum quam tenet presbiter Sergius nostris expensis reedificata
quamdiu vixerimus ad usum nostrum tenebimus postmodum in
clericorum beneficium devolvatur sicut retroactis temporibus ab
eisdem clericis consuevit haberi. Siquis autem hanc nostre confirmationis[Page 152]

seriem in aliquo infringere seu irritare voluerit tamdin
anahtematis vinculo innodatus permaneat quamdiu a molestia et
vexatione contra huius nostri scripti tenorem vobis vestrisque successoribus
illata maluerit resipiscere. Quam nostram confirmationem
scribere mandavimus magistrum vitum nostro ecclesie diaconum
et camerarium nostrum et nostro plumbeo tipari bullari. Anno
Incarnationis dominice Millesimo. Centesimo. octogesimo. Mense
Junio tertiedecime indictionis. Nostri vero archiepiscopatus anno
vicesimotertio.
+ Tasselgardus trani regius camerarius subscripsi.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro
# 1266), documento n. 71

**LXXI.**
**Anno 1181.**

Quamquam iuslis filiorum nostrorum votis et petitionibus proni esse debeamus tamen eorum nonnullos tam blandis affectibus et beneficiis ad caritatis zelum et nostrum paternum gremium allicere debemus quantum ipsi ceteris utiliores sunt. ac nostris et ecclesie nostre necessitatibus pretiosiores et presto esse astruuntur. Quanto namque terra fertilior tanto magis propensius est excolenda. ut bonum in ea semen satum copiosum valeat afferre fructum. Hinc est quod nos Berlrandus dei gratia tranensis archiepiscopatus humilis minister domini Tasselgardi egregii totius apulie Regii Camerarii Karissimi filii nostri multimodis innate humanitatis et caritatis obsequiis et beneficiis quo nobis et ecclesie nostre iugiter gratis et caritatis gratia exhibet ciusque precum instantia. consensu Samari nostri arcidiaconi. Petracce archipresbiteri aliorumque nostro ecclesie clericorum tibi domine Ferte. egregie Regalis Camerari fili prelati domini Tasselgardi egregii Camerarii vice ecclesie sanctorum Jobannis et Pauli et clericorum tam presentium quam futurorum in eadem ecclesia deservientium accipienti. eo quod ipsius ecclesie sanctorum Johannis et Pauli fundatorum heredes vostre ecclesie sancti Johannis eam nostri consensu[Page 153]

et licentia in perpetuum donaverunt. per libri traditionem donamus ac in perpetuum concedimus tertiam omnium oblatianum a modo in eadem ecclesia et ipsis clericis quoquomodo faciendarum Tali siquidem tenore. ut ipsa ecclesia sanctorum Johannis et Pauli nostre matrici ecclesie duas libras cere et duas incensi in perpetuum censi nomine in assumptione sancte marie annuatim persolvat. Et ut antiquum adiutorium quod olim dabatur predecessoribus nostris pro servitio romane curie donorum pro quo abolendo tertiam oblationum ab ecclesiis nostris exigitur ab eiusdem ecclesie clericis huiusmodi doni et remissionis occasione nunquam exigatur. Quam nostram donationem et remissionem si quis nostrorum successorum irritare aut aliquo modo violare presumpserit tamdiu anathematis vinculo innodatus permaneat quamdiu a molestia et vexatione contra huius nostri scripti tenorem vobis vestrisque successoribus illata maluerit resipiscere. Huius autem nostre donationis et remissionis seriem scribere mandavimus magistrum Vitum nostre ecclesie diaconum et nostrum camerarium nostroque plumbeo tipari bullari. Anno Incarnationis dominice Millesimo. Centesimo octuagesimo primo mense februario indictionis quartedecime. Nostri vero archiepiscopatus anno vicesimo quarto.

+ Ego Samarus trani humilis archidiaconus.
+ Ego Petracca archipresbiter interfui.
+ Ego Russo tranensis ecclesie sacerdos et primicerius.
+ Ego Vitalis sacerdos et primicerius consensi.
+ Ego Johannes sacerdos tranensis ecclesie sacrista.
+ Ego Samarus diaconus.
+ Sillittus tranensis ecclesie diaconus consensi.
+ Ego zitus leo diaconus.
+ Roboam diaconus et rector ecclesie sancti iacobi consensit.
+ Ego Barnabas sacerdos consensi.
+ Ego zitus leo diaconus.
+ Ego iaquintus tranensis ecclesie diaconus et eiusdem sanctorum iohannis et pauli rector.
+ Ego nicolaus diaconus.[Page 154]

+ Ego manditius diaconus.
+ Ego Leo Sacerdos.
+ Ego petrus abailardus subdiaconus.
+ Ego simon subdiaconus.
+ Ego pascasius subdiaconus.
+ Ego petrus diaconus.?+ Ego Robertus diaconus.
+ Ego Samarus Ieracius sacerdos et rector ecclesie sancti gregorii.
+ Ego Smaracdus sacerdos testis sum.
+ Ego Blancus sacerdos consensi.
+ Ego Grimoaldus sacerdos consensi
+ Ego iohannes sacerdos.
+ Ego docibilis sacerdos testis sum.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro
# all'anno 1266), documento n. 72

[Page 154]

**LXXII.**
**Anno 1181.**

Anno ex quo Deus humanatus est millesimo centesimo octogesimo primo sextodecimo autem anno regni domini nostri secundi Wilielmi invictissimi regis Sicilie atque Italie mense februarii sexto decimo eiusdem Indictione quartadecima. Nobis Amando Vigiliarum antistite considentibus in auditorio nostre ecclesie in presentia nostri capituli. Maraldus noster sacerdos movit querimoniam in Iohannem diaconum Tranensis ecclesie Yconomum domini venerabilis Tranensis Archiepiscopi. quod ipse teneret ecclesiam Sancti Iohannis in Loco franinola et eius pertinencias preter terram que pertinet nostre Vigiliensi ecclesie. cui Deo volente presidemus. De qua ecclesia eiusque pertinenciis ipse Iohannes recepit sorciones quorundam patronorum. quarum sorcionum expetit sibi ab eodem reditu assignari per advocatum suum Iudicem egregium . . . . . .
. . . . . Ad quod inde Iohannes respondit. salvis sibi ceteris rationibus suis nondum debere respondere sibi de assignatione predicte[Page 155]

ecclesie nisi prius constiterit illos esse patronos quos dicit sibi suas sorciones dedisse et quanta sit sortio eorum. Interius tamen ipse Iohannes ostendit instrumentum quo continebantur nomina patronorum qui dederunt predictam ecclesiam cum rebus suis Kaloleoni presbitero predecessori ipsius Iohannis. a quibus patronis dicebat prenominatus Iohannes eamdem ecclesiam cum suis pertinentiis nostro consensu habuisse atque habere. Quibus hinc inde auditis cognovimus eundem Iohannem tenere ipsam ecclesiam cum rebus suis preter terram ut dictum est. Unde censuimus ipsum Maraldum debere fidem facere nobis quas porciones in predicta ecclesia et rebus illi quos ipse Maraldus dicit patronos et sic in possessione prenominatum Iohannem remanere donec quod dictum est constet preter patronos qui nostra licentia dederint sortiones suas de predictis ipsi Iohanni et alios patronos esse qui assignent ceteras sortiones in prenominatis ecclesia et rebus quas tribuerint predicto Maraldo. Que memorie iussimus mandanda scribere Smaragdo notario et nostri episcopii scriniario.
S) Ego Amandus Dei gratia Vigiliarnm Episcopus prescripta propria subscriptione confirmo.
+ Ego Bisantius Archipresbiter.
+ Ego Saracinopulus presbiter et primicerius.
+ Ego Pascha presbiter et primicerius.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro
1266), documento n. 73

**LXXIII.**
**Anno 1182.**

Anno millesimo centesimo octogesimo tertio Incarnationis domini nostri ihesu xristi Et octavodecimo anno regni domini nostri Wuilielmi magnifici regis augusti Sicilie ac ytalie vicesimoprimo mensis octubris indictionis prime. Ego Rudostamus qui de pergula filius Kurileonis civitatis trani presentibus SILLITTO regali iudice et subscriptis testibus voluntarie per fustim tradens venundo vobis domino iohanni presbitero qui et marangus filio maioris et[Page 156]

manditio clerico filio samaritii eiusdem civitatis accipientibus vice fraternitatis tranensis archiepiscopatus. grifone de rumacca in omnibus his vobiscum astante. unam petiam vinee cum septem arboribus olivarum in orientali capito ipsius petto iuxta parietem anticum et cum omnibus arboribus cuiuscunque generis in ea et in eius sepe astantibus. que petia est in cluso oculo his finibus precincta. ab oriente a medio prenominato pariete antico iuxta vineas mancusii de cuciaccia. a meridio a medio limite iuxta vineas vulturensis monasterii. ab occidente extra sepem iuxta viam. a septentrione a medio limite iuxta vineas monasterii insule colonie. Quatinus a presenti eadem venditio penitus sit eiusdem fraternitatis ad faciendum inde pars ipsius fraternitatis quod voluerit cum inferioribus et superioribus introitibus et exitibus suis omnibus intra se habitis. Ex qua venditione fateor me accepisse a vobis dantibus michi pro parte ipsius fraternitatis novem uncias auri tarinorum Sicilie totum scilicet eiusdem Venditionis pretium. Guadiam quoque et me et petrum cognatum meum filium teofilatti mediatorem vobis dedi similiter accipientibus vice predicte fraternitatis ut ego et nostri heredes defendamus predicte fraternitati eandem venditionem ab omnibus hominibus. Et ad tutiorem ipsius venditionis securitatem anteposui vobis item accipientibus vice ipsius fraternitatis unam casam orreatam que est intus in eadem civitate necnon et unam petiam vinearum que est in cluso flumicello ut nec michi nec meis heredibus liceat eandem antepositionem in toto vel in parte alienare et si predictam venditionem eidem fraternitati defendere nequiverimus tantum ipsius antepositionis sit ipsius fraternitatis ubi eligere voluerit ad faciendum inde pars ipsius fraternitatis quod voluerit cum inferioribus et superioribus introitibus et exitibus suis omnibusque intra se habitis nobis defendentibus illud sibi ab omnibus hominibus quantum ex eadem venditione amiserit in sepedicte fraternitatis electione sit seu illud eiusdem antepositionis habendi aut iamdicte venditionis defensionem a nobis petendi et altero eorum electo ad alterum transitum optineat. Quod nisi fecerimus demus ei quod curie pro his sine dolo promiserint[Page 157]

et pena decem solidos rogales prelecta completuri. Et nos mediatores tribuimus sibi licentiam sine compellatione nos nostrosque heredes pignorare per omnia nostra legitima et illegitima pignora per convenientiam in quo nostrum vel ambobus se tenendi et in alterum nostrum si voluerit transeundi sic et de nostris heredibus donec proscripta adimpleantur. Est autem iamdicta casa ab oriente a medio pariete iuxta casam ecclesie sancte marie de cava. a meridie iuxta curtem coninem de qua curte sortio quantum eidem case pertinet in eadem antepositione comprendatur. et inantea iuxta casam gaidelaiti sacerdotis filii ursonis. a septentrione a medio pariete iuxta casam petri filii Grifi. prefata vero petia vinee anteposita ut dictum est his finibus congiratur. ab oriente et septentrione a mediis limitibus iuxta vineas luciferi regalis iudicis. a meridie a medio limite iuxta vineas petri de iuvenatio confittarii. ab occidente a medio limite iuxta vineas sindolfi de comescurto et iohannis filii ipsius sindolfi. Verum in iam dicta venditione comprendatur sexta pars palmenti pile ac platee sue existentium in occidentali capite primodicte petie a me vendite ut dictum est. Que scripsit Gubertus notarius qui interfuit.
Sillittus qui supra Regalis Tranensium Judex.
+ Ego grifo.
+ Ego maraldus filius ioannis de leta.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro
# 1266), documento n. 74

[Page 157]

**LXXIV.**
**Anno 1183.**

In nomine dei eterni et salvatoris nostri Jhesu Xristi anno incarnationis eiusdem Millesimo centesimo octogesimo quarto mense decembris indictione secunda. Guilielmus troianus el Petrus Venusinus episcopi in perpetuum. Delegata nobis commissione a domino Lucio beatissimo papa tertio super transactione quadam que inter dominum Bertrandum venerabilem tranensem archiepiscopum et clericos cauratine ecclesie intercesserat coram venerabilibus[Page 158]

Amando vigiliensi bone memorie et Daniele Rubensi episcopis iudicibus in ea causa a summo pontifice delegatis sicut ex instrumentis inde confectis apparet. quam transactionem ipsi clerici a se violenter extortam domino pape sugesserant. pro rei huius cognitione partem utramque ad nos barolum convocavimus. ubi presente utraque parte rescriptum summi pontificis fecimus exiberi. cuius tenor hic fuit. Lucius episcopus servus servorum dei venerabilibus fratribus Petro venusino et Willelmo troiano episcopis salutem et apostolicam benedictionem. Cum causam que inter venerabilem fratrem nostrum Bertrandum tranensem archiepiscopum et dilectos filios archipresbiterum et clericos ecclesie curatine super munimentis possessionibus et aliis bonis ipsius ecclesie vertitur commisissemus venerabilibus fratribus nostris Ranaldo barensi archiepiscopo et Jacobo melfiensi episcopo terminandam. clerici ad sedem apostolicam appellarunt. Ceterum dilecto filio nostro Samaro tranensi archidiacono sufficienter instructo pro parte archiepiscopi veniente quidam clericorum minime ad exhibendam justitiam preparati pro adversa parte nostro se conspectui presentarunt. Unde cum apud nos decidi non posset. causam tibi frater venusine. et bone memorie Venusino abbati de archidiaconi et clericorum assensu duximus committendam. Sed abbate viam universe carnis ingresso nondum potuit negotium terminari. Mandamus itaque vobis atque precipimus quatenus partes ante vestram presentiam convocetis et probationibus hinc inde receptis si clerici transactionem a se violenter extortam legittime demonstraverint pro eis nullius appellantione obstante auctoritate apostolica indicetis. Si autem archiepiscopus eam de comuni assensu partium intercessisse probaverit eandem transactionim faciatis remoto appellationis obstaculo inviolabiliter observari. Datum Anagnie XIIII Kalendas novembris. Cum igitur iuxta hoc rescriptum summi pontificis parati essemus inquirere utrum predicta transactio de consensu partium celebrata fuisset aut ipsis clericis violenter extorta. clerici qui super ipsam transactionem moverant questionem. consilio et voluntate spontanea ante ingressum cause ad pedes prefati archiepiscopi[Page 159]

venientes. primo quidem omnium renuntiaverunt liti quam adversum eum de prefata transactione. et de qualibet retro mota questione susceperant. et eandem transactionem modis omnibus se ratam habere in nostra presentia profitentes. archiepiscopo suo unanimiter supplicarunt ut que in retro habita cum eo controversia in paternitatem suam committant. eis ut pater filius et prelatus subditis misericorditer condonaret. Qui eos affectione paterna suscipiens se delicta eorum immemorem. et erroris promisit oblitum ipsis inposterum provisuris. ut preterite vitium pertinacie sequentis obbedientie virtute corregerent. et debito devotionis officio expiarent. Quia vero archiepiscopus sicut in alia parochia sua vicarium apud eos instituerat per quem multa sibi gravamina inferri predicti clerici proclamabant ita quod eos pro levi culpa modo incarcerare modo ab officio suspendere consuevisset. ut omnimodam gratie plenitudinem gauderent cui ab archiepiscopo restituta. constituit dominus archiepiscopus et duratura in perpetuum stabilitate firmavit. ut vicarius in cauratina parrochia. de cetero statuendus incarcerandi clericos aut ab officio suspendendi nullam habeat potestatem. sed si forte in quempiam clericorum iusta ratio suspensionis irrepserit ad tranensem archiepiscopum.

aut capitulum de mandato vicarii transmittatur. Hec quidem supradicta quemadmodum textus superior comprehendit. prefatos videlicet clericos ab omni lito penitus. recessisse et transactionem unde movebant questionem ratam generaliter habuisse. ipsum et dominum archiepiscopum de cauratino vicario statuisse. ut nullum clericorum incarceret aut suspendat. et si digna suspensionis occasio suberit ad dominum archiepiscopum aut capitulum cum sua insinuatione transmittat. in presentia et manu nostra utrinque facta sunt et firmata. Que ut inviolabile robur obtineant duo inde simul continentie scripta per manus. Maiorani subdiaconi confici iussimus singula singulis partibus assignata. utraque vero nostra et subscriptorum virorum illustrium subscriptione signata. Ad maiorem quoque cautelam in instrumento quod domino archiepiscopo assignavimus clericorum curatine ecclesie[Page 160]

subscriptionem fecimus annotari. Instrumentum vero quod clericis curatinis assignavimus ipsius domini archiepiscopi. arcidiaconi et archipresbiteri et aliorum canonicorum tranensis ecclesie subscriptione fecimus subsignari. anno. mense. indictione proscriptis. Regni vero domini nostri Willelmi gloriosissimi Regis Sicilie ducatus apulie et principatus capue. Anno oclavodecimo feliciter amen.

(S) Guillelmus Quartus Troianus Episcopus
(S) Petrus qui supra venusinus Episcopus
+ Ego Saracenus venusie iudex
+ Ego pandus archipresbiter.
+ Ego nicolaus primicerius.
+ Ego Goffredus rector sancti nicolai.
+ Ego leo presbiter.
+ Ego simon presbiter et vicarius.
+ Joannes presbiter magistri leonis.
+ Ego musandus presbiter testis sum.
+ Ego Urso presbiter testis sum.
+ Ego Bisantius presbiter.
+ Ego Sebastianus presbiter testis sum.
+ Ego Raneus presbiter testis sum.
+ Ego benedictus presbiter.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metropolitano della città di Trani (dal secolo IX fino all'anno 1266), documento n. 75

---

[Page 160]

**LXXV.**
**Anno 1184.**

Paterne devotionis affectus et ordo simul exigunt rationis. ut qui officii nostri debito in parrochialibus ecclesiis quas auctore domino felici moderamine gubernamus formam Religionis et ordinem procurare. corrigere et emendare tenemur. ad nostrum maioris ecclesie fraternitatis collegium informandum virilius accingamur. quatenus id quod secundum deum. et religionis ordinem decrevimus statuendum. tamquam divinum et spirituale quid perpetuis[Page 161]

temporibus conservetur illesum. et tanto a nostris successoribus firmius teneatur. quanto a nobis communi et saniori consilio observandum diligentissime fore noverint institutum. Si enim que in republica temporali geruntur tanta virorum prudentium iurisqueperitorum deliberatione tractantur ut firma stabilitate possint perpetuo inconcussa vigere. quo studio et sollicitudine super his que spiritualia sunt. quo ad profectum virtutum et salutem pertinent animarum pervigilandum est. atque omni maturitate consilii providendum. ne aliquo in tempore quamlibet valeant sustinere iacturam. Non est siquidem dubium de ratione consistere tanto propensiori cura spiritualia fore temporalibus preponenda quanto melior et dignior spiritus ipsa carne censetur. Propterea Nos Bertrandus divina opitulante Gratia tranensis archiepiscopatus humilis minister. quia novimus nonnullos Religioni vacantes indiscrete et

temere multiplicari plus numero quam merito satagentes. dum incaute crescendo decrescerent et congregationis et ordinis dispendia pertulisse. de consensu comuni et voluntate omnium confratrum nostrorum predicte fraternitatis collegio providentes. ne antiqui hostis faciente invidia si sine certo et definito numero clericorum sineretur vagari. obreperet aliquid per quod dampna aliqua pateretur. utile duximus idem collegium competentibus terminis et certis finibus limitari. ut in eodem statu persistens et ordine. tam in spiritualibus quam in temporalibus valeat semper incrementa sortiri. Volumus igitur. statuimus. atque presenti firmiter decreto sancimus. quatenus sepedicte fraternitatis veneranda societas in celebrandis officiis. et beneficiis consequendis vigintiquatuor tantam confratrum numero sit contenta et extra hunc numerum nec progrediendo effluat. nec infra regrediendo subsistat. Videmus enim frequenter pretiosiora vilescere. cum pluribus communicanda traduntur. et que a paucioribus cautius conservantur cum in commune multorum veniunt despecta deficere. et ad nichilum devenire. Prelibatam itaque societatem ea confratrum quantitate volumus terminari. que in diurnis celebrandis officiis. et aliis spiritualibus ac temporalibus obsequiis eidem Religioni annexis

sufficiat exerceri. et suorum quantulocumque beneficiorum solatio valeat consolari. De quorum quoque numero. quolibet decedente. nullus in electione alterius. cuiuslibet quam ceteris preponatur. aut si quis commune eius usurpare presumat. sed communicato consilio Is in premortui loco substituatur qui communi examine inter omnes ecclesie nostre clericos utilior et dignior poterit inveniri. Quicumque ergo canonicam hanc nostram constitutionem ausu temerario minuere. vel penitus irritare temptaverit aut contra eam quoquo modo venire presumpserit ni a tam prophana presumptione cessaverit. noverit se anathematis vinculo innodatum atque in extremo iudicio suscepturum cum impiis miseram portionem. Cuius constitutionis seriem scribere mandavimus. Maiorano nostre ecclesie Subdiacono. omnesque confratres subscribi. atque nostro plumbeo tipari bullari. Anno dominice Incarnationis. millesimo. centesimo. octogesimo. quinto. mense octubrio. tertie Indictionis. Nostri vero archiepiscopatus anno vicesimo octavo.
(SIGNUM VITE)
+ Ego samarus trani humilis archidiaconus.
+ Ego Petracca archipresbiter interfui.
+ Ego Russo sacerdos et primicerius tranensis ecclesie.
+ Ego Vitalis sacerdos et primicerius testis sum.
+ Ego Rogerius cappellanus testis sum.
+ Ego Smaragdus sacerdos testis sum.
+ Ego mando sacerdos testis sum.
+ Ego blancus sacerdos testis sum.
+ Ego iohannes sacerdos.

+ Ego Samarus Ieracius sacerdos et rector ecclesie sancii gregorii.
+ Ego Barnabas sacerdos testis sum.
+ Ego iohannes sacerdos.
+ Ego dulcis presbiter et custos sancti leucii testis sum.
+ Ego Leo sacerdos.
+ Ego Ioannes abbas sancti Stefani sacerdos testis sum.
+ Ego Johannes sacerdos testis sum.
+ Ego Grimaldas sacerdos testis sum.
+ Ego Stefanus sacerdos testis sum.
+ Lupus sacerdos testis sum.
+ Ego Samarus diaconus.
+ Roboam diaconus et Rector ecclesie sancti Iacobi.
+ Sillittus tranensis ecclesie diaconus.
+ Ego Iaquintus tranensis ecclesie diaconus. et abbas sanctorum iohannis et pauli.
+ Ego manditius diaconus.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro
# 1266), documento n. 76

[Page 163]

**LXXVI.**
**Anno 1185.**

Bertrandus dei gratia tranensis archiepiscopatus humilis minister. Nicolao sacerdoti . . . . . . . . Iustis clericorum nostrorum postulationibus facilem prebere assensum. et fraterne debito karitatis. et ex iniuncto nobis a deo pontificatus officio commonemur. ut quanto maiorem apud nos se cognoverint gratiam invenisse. tanto et in devotionis proposito ferventius inardescant. et ad ipsius executionem sollicitudinis et perfectionis manus adhibeant. Eapropter dilecte in xristo fili Nicolae sacerdos tuis iustis postulationibus benigno concurrentes assensu ecclesiam nostram in honorem dei et beati Nicolai confessoris xristi ab antiquo in palude baroli constructam quam disponente domino tam in temporalibus. quam in spiritualibus augere satagis et intendis. consensu Samari nostri[Page 164]

arcidiaconi. Petracce archipresbiteri. atque totius nostri capituli. cum omnibus rebus sibi pertinentibus tibi canonice per librum concedimus. et presentis scripti privilegio communimus. quatenus donec vixeris eam quiete et pacifice teneas. regas. et cunctis quibus poteris beneficiis studeas ampliare. Ad huius autem rei tibi concesse memoriam pro debito et reverentia nostre maioris tranensis ecclesie singulis annis nobis et nostris successoribus duas libras cere pro censu tribuas. Cuius concessionis seriem scribere mandavimus Maiorano nostre ecclesie diacono et nostro plumbeo typari bullari. Anno dominice incarnationis Millesimo. centesimo. octogesimoquinto mense martio tertie indictionis Nostri vero archiepiscopatus anno vicesimo nono.

+ Ego Samarus trani humilis archidiaconus
+ Ego Petracca archipresbiter interfui
+ Ego Samarus diaconus?+ Sillittus tranensis ecclesie diaconus
+ Ego Petrus abailardus subdiaconus
+ Falco tranensis ecclesie subdiaconus
+ Ego Petrus diaconus filius marini

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro
# all'anno 1266), documento n. 77

[Page 164]

**LXXVII.**
**Anno 1186.**

In pontificali ministerio superni dispositione arbitrii constituti. et debito et ipso iure . . . . . . . . . . monemur. circa eos qui nostris deputati servitiis karitatis viscera exhibere. et eisdem satietatis . . . . . . . paterna diligentia provvidere. Nota siquidem est ignominie criminandus. qui servientum laboribus meritis non respondet. Eapropter nos Bertrandus divina clementia tranensis archiepiscopatus humilis minister. consensu Petri abailardi nostri archidiaconi. Petracce archipresbiteri. et aliorum nostre ecclesie clericorum. tibi dilecto in xristo Filio maiorano nostre ecclesie diacono atque notario. quia nobis et ecclesie nostre grata servitia[Page 165]

iugiter exhibes. ob tui servitii meritum et laboris. singulis annis unam unciam auri tarenorum Sicilie nobis nomine census debitam in ecclesia omnium sanctorum de barulo canonice per librum in beneficium concedimus. et huius scripti privilegio communimus. quatenus donec vixeris liceat tibi eandem unciam auri a predicta ecclesia omnium sanctorum exigere et eam in utilitatem tuam expendere. Cuius concessionis seriem scribere mandavimus Rogerio nostre ecclesie sacerdoti. et nostro plumbleo tipari bullari. Anno dominice incarnationis. millesimo. centesimo. octogesimo septimo. Mense decembri quinte indictionis. Nostri vero archiepiscopatus anno tricesimo

\+ Petrus abailardus trani humilis archidiaconus
\+ Ego Petracca archipresbiter interfui
\+ Ego Rogerius cappellanus testis sum
\+ Ego Samarus diaconus
\+ Ego manditius sacerdos testis sum
\+ Sillittus tranensis ecclesie diaconus

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro
# 1266), documento n. 78

[Page 165]

**LXXVIII.**
**Anno 1186.**
Ego Petrus prior sancte Caterine de campo belli ierosolimitanus. Promitto atque iuro ad hec sancta evangelia dei ut dum vixero observem sancte tranensi matrici ecclesie et tibi domine Bertrande venerabilis tranensis archiepiscope tuisque successoribus canonice substituendis puram fidelitatem et veram obedientiam atque canonicam subiectionem de ordine et officio meo et de omni iure episcopali quod predicte matrici ecclesie et tibi pertinet et ut tertiam partem de oblatione vivorum et quartam partem de oblatione mortuorum integre tibi tuique successoribus reddam. Et quod non ero in facto neque dicto neque consilio neque consensu qualiter predicta tranensis mater ecclesia et tu tuique successores de justitia potestate honore dignitate vobis competenti in aliquo detrimentum[Page 166]

et diminutionem patiamini. Hec autem omnia fideliter predicte tranensi matrici ecclesie et tibi tuisque successoribus promitto et attendam sine fraude et malo ingenio. Sic me dominus deus adiuvet et hec sancta dei evangelia. Hoc autem factum est sacramentum anno dominice incarnationis millesimo centesimo octogesimo septimo mense Septembri quinte indictionis eiusdem vero domini Bertrandi archiepiscopatus anno tricesimo.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro
# 1266), documento n. 79

[Page 166]

**LXXIX.**
**Anno 1187.**

Incarnationis ihesu xristi domini nostri anno Millesimo Centesimo octogesimo septimo et vicesimosecundo Anno Regni domini nostri Guilielmi magnifici Regis Augusti Sicilie atque italie secundo mensis iulii indictionis quinte. Ego falco iudex filius absalonis iudicis civitatis caurati. coram subscriptis testibus voluntarie per fustis traditionem venundo tibi iohanni magistro filio doni civitatis trani sex arbores olivarum que sunt in lino filato cum terra in qua stant in loco de urlitello. et videtur esse eadem terrola cum ipsis arboribus ab oriente et meridie iuxta terram cum olivis tranensis archiepiscopatus ab occidente et septentrione iuxta terram cum olivis risandi et petracce de donnamonda necnon et quatuor alias arbores olivarum que sunt in loco carnito et videntur esse iuxta prefatam terram et arbores olivarum iamdictorum tranensis archiepiscopatus risandi et petracce. ut a presenti eadem venditio omnino sit in tua tuorumque heredum potestate ad faciendum inde quod volueritis cum inferioribus et superioribus introitibus et exitibus suis omnibus intra se habitis. Ex qua venditione fateor me accepisse a te unam unciam tarenorum Sicilie totum ipsius venditionis pretium. Guadiam quoque et me et maiorem filium iohannis iudicis et absalonem filium meum verbo meo in omnibus his absolutum mediatores tibi dedi. Ut ego et mei heredes defendamus tibi tuisque heredibus eandem venditionem[Page 167]

ab omnibus hominibus. Alioquin demus vobis pro his curie sine fraude promissa et pena tres regales prelecta completuri. Et nos mediatores tribuimus vobis licentiam sine compellatione nos nostrosque heredes pignorare per omnia nostra legitima et illegitima pignora per convenientiam in quoscumque vel in quocumque nostrum vos tenere volueritis et si alium aliosve nostrum non appellaveritis liceat vobis ad alium aliosve nostrum transire sic et de nostris heredibus donec prefata adimpleantur. Quod scriptum scripsit Simeon notarius qui interfuit.

+ Iaquintus notarius
+ Ego Maraldus notarius testor.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro
# all'anno 1266), documento n. 80

[Page 167]

**LXXX.**
**Anno 1187.**

Dum Nos Petrus abailardus tranensis ecclesie archidiaconus. et Petracca archipresbiter cum quibusdam aliis clericis de nostre ecclesie capitolo in tranensis archiepiscopatus curia sederemus. clerici sancii Petri de barulo cum quibusdam probis laycis ad nostram presentiam venientes instanter et humiliter postulaverunt in eadem ecclesia sancti petri que cura rectoris vacabat abbatem institui. Sed qum de comuni fratrum nostrorum consilio fuerat institutum nullum beneficium alicui clerico in presenti tempore concedendum. quia propter infirmitatem domini nostri Bertrandi Venerabilis tranensis archiepiscopi de eisdem concedendis beneficiis frequenter discidium emergebat. predictorum petitioni satisfacere non potuimus. Unde communicato inter nos consilio nolentes predictam ecclesiam sic omnino alicuius cura destitutam esse. eam cuidam sacerdoti ipsius ecclesie Roggerii nomine qui tam testimonio clericorum quam laicorum laudabilis vite et integre opinionis existit. regendam commendavimus. tali quidem tenore. ut tamdiu regimini ipsius ecclesie presit quamdiu nostre fuerit beneplacitum voluntati. Ad huius autem rei geste memoriam hoc scriptam[Page 168]

confici fecimus per manum Maiorani nostre ecclesie diaconi.
Anno dominice Incarnationis. Millesimo Centesimo Octogesimo octavo.
Mense Septembris Sexte Indictionis.
+ Petrus abailardus trani humilis archidiaconus
+ Ego Petracca archipresbiter interfui
+ Ego Samarus Diaconus
+ Roboam diaconus et Rector ecclesie sancti iacobi
+ Ego Alexius sacerdos testis sum
+ Ego Zitusleo diaconus

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro
# 1266), documento n. 81

[Page 168]

**LXXXI.**
**Anno 1191.**

In nomine Dei eterni et Salvatoris nostri Iesu Xristi amen. Tancredus divina favente clementia Rex Sicilie Ducatus Apulie et Principatus Capue. Cum regie liberalitatis clementia immeritis consueverit de gratia innate nobis mansuetudinis provvidere. illud dignum magis laude percensetur si eorum dampna nostra munificentia curaverit restaurare. quorum preclara fides in articulo necessitatis illustrata fuerit. et res proprias pro conservanda legalitatis integritate amittere non formidant. Ea propter per hoc presens privilegium vobis civibus Tranensibus fidelibus nostris concedimus quod quicquid amiseritis tam de possessionibus quam de aliis rebus vestris in nostra fidelitate firmiter perseverando. et quamcumque sustinueritis in eis iacturam vobis nostra excellentia restituet et restaurabit. Ad huius autem nostre concessionis memoriam presens privilegium per manus Maximiani de Brundusio nostri notarii. . . . . . . . . um bulla plumbea typario nostro impressa iussimus roborari. Anno mense et indictione subscriptis. Datum in urbe felici Panormi per manus Mathei regii Cancellarii anno dominice Incarnationis millesimo centesimo nonagesimo primo mense Madii none Indictionis. Regni vero domini nostri Tancredi[Page 169]

Dei gratia illustrissimi et magnifici Regis Sicilie Ducatus Apulie et Principatus Capue anno secundo feliciter amen. Ducatus domini Rogerii Dei gratia gloriosi Ducis Apulie filii eius anno primo prospere amen.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro
# secolo IX fino all'anno 1266), documento n. 82



**LXXXII.**
**Anno 1192.**
Celestinus episcopus Servus Servorum dei Venerabili fratri Samaro Tranensi archiepiscopo eiusque successoribus canonice substituendis in perpetuum.
Justis fratrum et coepiscoporum nostrorum petitionibus facilem prebere consensum et eos cum commissis eorum gubernationi ecclesiis sacrosancte Romane Ecclesie patrocinio communire. et fraterne debito caritatis. et iniuncti nobis a deo apostolatus officio commonemur. ut quanto apud apostolicam sedem maiorem gratiam se viderint invenisse. tanto propensius saluti subiectorum intendant et de sui executione officii studiosi semper existant. Eapropter venerabilis in xristo frater Archiepiscope tuis iustis postuationibus benigno concurrentes assensu. ad exemplar predecessorum nostrorum sancte recordationis. ALEXANDRI. URBANI. ADRIANI. ALEXANDRI et aliorum Romanorum pontificum. Tranensem Ecclesiam cui deo auctore preesse dinosceris. sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes ut quascumque possessiones quocumque bona eadem Ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet. aut in futurum concessione pontificum. largitione Regum vel Principum. oblatione fidelium seu aliis iustis modis deo propitio poterit adipisci firma tibi tuisque successoribus el illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. urbem videlicet Tranensem. Coratum. Andren. Barolum. vigilias metropolitico vobis iure subiectas. cum omnibus pertinentiis suis. et Ecclesiis constructis

intus et foris. Quicquid dignitatis et quicquid parrochiarum ad Tranensis Archiepiscopatus Ecclesiam cognoscitur pertinere. Monasterium sancte marie de monte quod in territorio Tranensis Civitatis situm est cum aliis monasteriis et ecclesiis ad predicta loca pertinentibus. Et quecumque alia ad vestram Ecclesiam iuste ac canonice pertinere noscuntur. Judecam Tranensem cum omni iure suo quam bone memorie. W. quondam Sicilie Rex Ecclesie Tranensi concessit. Decimas de proventibus regiis apud Tranum et apud Barolum quas Karissimus in xristo filius noster Tancredus illustris Sicilie Rex Ecclesie Tranensi donavit. et feudum quod tenuit Ugo de macola Caurati. Pallei usum etiam tibi tuisque successoribus in festivitatibus illis concedimus. que Romane ecclesie concessione disticte sunt. scilicet nativitate domini. S. Stephani. Epyphania domini. Cena domini. Sabbato sancto. Resurrectione. Ascentione. Pentecoste. Nativitate Sancti Johannis baptiste. In natale omnium apostolorum. Tribus festivitatibus sancte marie. Commemoratione omnium Sanctoum. In consideratione ecclesiarum. altarium. et clericorum. In diebus confessorum quorum corpora in tua ecclesia requiescant. Cuius nimirum pallei volumus te per omnia genium vendicare. Huius siquidem indumenti honor. humilitas atque iustitia est. Tota ergo mente fraternitas tua se exhibere festinet in prosperis humilem et in adversis siquando eveniunt cum iustitia erectam. amicam bonis ac perversis contrariam. Nullius umquam faciem contra veritatem suscipiens. Nullius umquam faciem pro veritate loquentem premens. Misericordie operibus iuxta virtutem substande insistens. et tamen insistere etiam supra virtutem cupiens. Hec est frater carissime pallei accepti dignitas. quam si sollicite servaveris. quod foris accepisse ostenderis intus habebis. Preterea confirmamus ut idem Tranensis Archiepiscopatus cum parrochiis sicut ex predecessorem nostrorum privilegiis institutum est perpetuo sine diminutione permaneat. et Romane tantum ecclesie subiectus in perpetuum cum omni dignitate sua et integritate persistat. Decernimus ergo ut nulli omnino homninum liceat prefalam ecclesiam temere perturbare. aut eius possessiones

auferre. vel ablatas retinere. minuere. seu quibuslibet vexationibus fatigare. Set omnia integra et illibata serventur eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Salva tamen in omnibus apostolice Sedis

auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre confirmationis paginam sciens. contra eam temere venire temptaverit. secundo tertiove commonita nisi reatum suum digna satisfactione correxerit. potestatis honorisque sui dignitate careat. reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat. et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri ihesu xristi aliena fiat. atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax domini nostri ihesu xristi quatinus et hic. fructum bone actionis percipiant. et apud districtum indicem premia eterne pacis inveniant. AMEN.

Nella Rota si legge: + PERFICE GRESSUS MEOS IN SEMITIS TUIS || Sanctus | Petrus |Sanctus | Paulus || CELE|STINUS || P(A)P(A) | III
Ego Celestinus catholice Ecclesie episcopus
+ Ego Albinus Albanensis episcopus
+ Ego Johannes Prenestinus Episcopus[Page 172]

+ Ego Pandulfus presbiter cardinalis Basilice XIJ Apostolorum SS.
+ Ego Melus Sanctorum Johannis et Pauli Presbiter Cardinalis Tituli Pamachii SS.
+ Ego Johannes Tituli Sancti clementis Cardinalis Tuscanus episcopus
+ Ego Romanus Tituli Sancte Anastasie presbiter Cardinalis SS.
+ Ego Hugo presbiter cardinalis Sancti mattei Tituli equilii SS.
+ Ego Johannes Tituli Sancti Stephani in celio monte presbiter Cardinalis SS.
+ Ego Gratianus Sanctorum Cosme et Damiani diaconus Cardinalis SS.
+ Ego Gerardus Sancti Adriani Diaconus Cardinalis
+ Ego Goffredus Sancte marie in via lata diaconus Cardinalis SS.
+ Ego Johannes Sancti Teodori Diaconus Cardinalis
+ Ego Gregorius Sancte marie in Aquiro diaconus Cardinalis SS.
+ Ego Gregorius Sancti Georgii ad velum aureum diaconus Cardinalis SS.
+ Ego Lotarius Sanctorum Sergii et Bacchi diaconus Cardinalis SS.
+ Ego Nicolaus sancte marie in cosmydyn diaconus Cardinalis SS.
Datum Laterani per manum Egidii Sancti Nicolai in carcere Tulliano diaconi Cardinalis II Kalendas martii Indictione Xa Incarnationis dominice Anno M.° C.° XC.° IL° Pontificatus vero domini Celestini pape III Anno primo.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro all'anno 1266), documento n. 83



**LXXXIII.**
**Anno 1195.**
In nomine domini amen. Heinricus divina favente clementia sextus romanorum imperator semper augustus et rex Sicilie. Maiestatis imperialis continua sollicitudo ad exaltandum sublimitatis imperium iugiter intendens eos potissime consuevit onorare. quos servitia imperio magis consueverunt esse fructuosa. Cum igitur inter omnes imperii fideles eos quos ordo clericalis et apex religionis extollit in munificentie nostre gaudere velimus subsidiis. Ad notitiam universorum in cameratu terre bari tam baiulorum quam ceterorum omnium imperii fidelium pervenire volumus. quod nos attendentes fidem puram merita preclara fidelis nostri Samari tranensis archiepiscopi. que nobis et imperio nostro creditur exhibiturus. persone etiam honestatem diligentius considerantes. ipsum archiepiscopum et ecclesiam suam cum omnibus pertinentiis suis in nostre maiestatis protectione recipientes. decimas trani et baroli plenas et integras sibi et tranensi ecclesie quas habuit tempore regis Willelmi. similiter iura. consuetudines. tenimenta. Iudecam trani. sicut in privilegio regis Willelmi continetur. et omnia privilegia tempore eiusdem regis Willelmi habita et servata imperiali auctoritate confirmamus. et presentis scripti pagina communimus. Preterea ex affluenti liberalitatis nostre munificentia memorato archiepiscopo et tranensi ecclesie in duanis trani et baroli homines in recipiendis decimis suis ponere et habere concedimus. volentes ipsum in percipiendis decimis suis ab aliquo nullatenus defraudari. Statuentes etiam et imperiali edicto sancientes ut nulla omnino persona humilis vel alta secularis vel ecclesiastica ipsum in omnibus premissis molestare presumat aut perturbare. Quod qui facere presumpserit in sue temeritatis ultionem nostre maiestatis indignationem incurrat et pro pena quinquaginta libras auri componat. medietatem fisco imperiali reliquam vero partem iniuriam

passo componat. Quod ut evidentius ab omnibus sciatur presentem inde cartam conscribi et maicetatis nostre bulla iussimus insigniri. Huius rei testes sunt. Heinricus guormaciensis Episcopus. Matheus capuanus Archiepiscopus. Filippus frater noster. Marcuald . . . . . Heinricus de calandis marescalcus noster. Hugo Lupinus Comes catanzarii. Hugo de macia comes montis caveosi et alii quamplures. Ego Corradus imperialis aule una cum domno Gualterio troiano episcopo Regis Sicilie et apulie Cancellario recognovimus.

Signum domini | Imperatoris
henrici sexti | invictissimi et
Romanorum | Regis Sicilie

Acta sunt hec anno dominice incarnationis M° C° nonogesimo quinto indictionis tertiedecime. Regnante domino Heinrico sexto romanorum Imperatore gloriosissimo. Semper augusto. et Rege Sicilie. Anno Regni eius vigesimo V.° Imperii vero IIII°. et Regni Sicilie Primo. Data baroli per manum Alberti protonotarii imperialis Aule XV die mensis aprilis Anno et indictione pretitulatis.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro
# 1266), documento n. 84

[Page 175]

**LXXXIV.**
**Anno 1195.**
Privilegium Iurisdictionis Iudeorum.
In nomine sancte et individue trinitatis Henricus sextus Romanorum Imperator semper augustus Rex Sicilie Imperatoriam celsitudinem decet iustitie transtendere terminos et pio favore misericordie humanitate subditos suos respicere et eis qui proprio destituuntur auxilio desteram protectionis impendere non habito respectu ad pravitatem eorum damnabiliter maxime cum cogi non debeant ut credant inviti Universis itaque imperii nostri et Regni Sicilie fidelibus notum fieri volumus quod nos omnes iudeos apud Tranum commorantes et res eorum in nostra protectione suscepimus precipientes ut nullus omnino seu ecclesiastica seu secularis persona sive quilibet nostre curie baiulus iudex agut civis iudeos ipsos aliquibus perturbationibus perturbare vel in quolibet servitio eis imposito eos iniunctis vel aliquam nomine mutui vel quolibet alio modo ab eis exactionem extorquere se pravam consuetudinem inducere aliquo tempore presumat sed Archiepiscopo et Tranensi ecclesie perpetuo sint subditi et in eius curia in omnibus iudicentur excepto de hi is que ad imperialem pertinent maiestatem supranotatisque ecclesie et eiusdem Archiepiscopo nomine doni nonnisi triginta octo uncias minus tercia annuatim persolvant statuentes et imperiali edicto sancientes ut nulla omnino persona humilis vel alta secularis vel ecclesiastica ipsos iudeos in omnibus premissis molestare presumat aut perturbare quod qui facere presumpserit sue temeritatis ultionem nostre maiestatis indignationem incurret et pro pena quinquagintas libras aurei purissimi componat medietatem camere nostre reliquam vero iniuriam passis persolvat quod ut evidentius ab omnibus sciatur presens inde privilegium conscribi et maiestatis nostre bulla aurea iubsimus insigniri Huius autem rei testes sunt Henricus guormaciensis episcopus Matheus[Page 176]

capuanus archiepiscopus Filippus frater noster Comes ugolupinius Comes ugo de macla Ego Corradus imperialis aule cancellarios una cum domino Gualterio Troiano episcopo Regni Sicilie et Apulie . cancellario recognovimus.

Signum domini | Imperatoris
Herrici sexti | semper Augusti
Romanorum | Regis Sicilie

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo centesimo XC quinto indictione XIII Regnante domino herrico sexto Romanorum imperatore semper augusto et Rege Sicilie anni Regni eius XXV imperii vero IIII et Regni Sicilie primo Datum per manus alberti imperialis aule prothonotarii XV die mensis aprilis apud barolum anni indictionis predicte.
(L’originale di questo diploma non trovasi più nell’Archivio Capitolare. Evvene però una copia antichissima in carta bombacina.
che dalla forma dei caratteri pare sia stata fatta nel XIV secolo).

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro
# 1266), documento n. 85

[Page 176]

**LXXXV.**
**Anno 1195.**
Anno millesimo Centesimo nonagesimo quinto incarnato ihesu xristo domino nostro. quarto anno imperii domini nostri Heinrici romanorum imperatoris et semper augusti et Regis Sicilie. octavo decimo die mensis madii tertiedecime indictionis. Ego Comescurie[Page 177]

filius iohannis civitatis trani coram presentia tedelperti imperialis et regalis. et Saffiri imperialis iudicum voluntarie guadiam et me mediatorem dedi Giraldo de siponto magistro parmenterio eiusdem civitatis ut ego vel mei heredes faciamus silere dominum pertum magistrum camerarium eiusve heredes si de protomisi quod ei pertinet in casa et terra retro eam a mondella uxore mea eidem giraldo venditis eum appellaverit vel in predicta casa se proinde intromiserit. et si quod dampnum proinde passus fuerit ei ex integro restituamus. Sin demus ei quod curie sine dolo promiserit et pena decem solidos aureos bonos prelecta completuri. Et ego mediator tribui ei licentiam sine compellatione me meosque heredes pignorare in omnibus nostris iure permissis ac vetitis donec predicta adimpleantur. Que scripsit urso tranentium notarius qui interfuit.
+ Tedelpertus tranentium Imperialis iudex et Regalis
+ Imperialis Tranentium Iudex qui supra Saffirus
+ Ego riccardus filius uberti de calbello testis fuimus
+ Riccardus testis Guillelmi filius est his.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro
# 1266), documento n. 86

[Page 177]

**LXXXVI.**
**Anno 1195.**
Incarnationis xristi Jhesu domini nostri Anno millesimo centesimo nonagesimo quinto. et quarto Anno imperii domini nostri henrici gloriosissimi romanorum imperatoris semper augusti Regis Sicilie vicesimo mensis iunii indictione tertiadecima. Ego tottadonna filia. . . . . . . triveatoris uxor luciani rubezzi civitatis trani. iacens lectulo de rebus meis preceptionem facere utile duxi. sensu itaque et memoria rectaque loquela michi vigentibus. presente Romoaldo imperiali indice et subscriptis testibus consentientibus in omnibus his eodem viro meo et airoldo fratre meo et bamaba presbitero filio barnabe yotte et leucio filio ursonis magistri parentibus meis unoquoque eorum consentiente in eo[Page 178]

quod expedierit. si qui enim alii propinquiores vel ad consentiendum aptiores parentes miclii inveniuntur aut absentes vel infra etatem sunt eiusdem quoque iudicis me legaliter inquirentis licentia voluntarie hanc de rebus meis facio preceptionem. videlicet ut si ex hac infirmitate obiero maria ancilla mea sit libera et ab omni nexu servili absoluta sic tamen ut serviat eidem viro meo donec ipse vixerit danti ei que sunt vite necessaria. precipio etiam tu idem vir meus expendat pro anima mea in die funeris mei unam unciam de tarenis ex quinque unciis meis dotalibus. Reliquas vero quatuor uncias eidem fratri meo et macarelle sorori mee illorumque heredibus pro anima mea dimitto. ita tamen ut idem vir meus eiusve heredes dent illas eis ad quatuor annos a modo numerandos. videlicet. in fine uniuscuisque anni unam unciam. Unam vero petiam meam vinearum ab eodem viro meo fructibus eius huius presentis anni ad suam proprietatem percipiatur tranensis archiepiscopatus pro anima mea dimitto tenendam ab eodem barnaba presbitero et suo proprietati fruendam dum vixerit. Eidem etiam viro meo morgingap ab eo michi traditum pro anima mea dimitto. Meffii quoque mantelli et palludelli . . . . . inter me et eum. . . . . . . . . . obligatorum liberationem do lego. Ex quibus omnibus nil preter missas et orationes ad dominum pro anima mea peto. Guadiam quoque et me mediatricem dedi domino mundoni abbati ecclesie sancti matthei accipienti vice omnium predictorum qui ex hac mea preceptione emolumentum habent ut nec ego nec mei heredes hanc meam preceptionem removeamus. Sin demus eis pro his curie sine fraude promissis. et penaliter viginti regales. prelecta completuri. Et ego mediatrix tribui eis licentiam sine compellatione me meosque heredes pignorare per omnia nostra iure vetita ac permissa donec adimpleantur prefata. Et est dicta petia in cluso de pirundulo. Ab oriente a medio limite iuxta vineas iohannismarci filii meli cernuti. A meridie a medio limite iuxta vineas ursonis filii maioris. ab occidente extra sepem iuxta A septentrione iuxta vineas petri magistri. Unde facta sunt plura scripta istud ad[Page 179]

habendum parti eiusdem fraternitatis. Que scripsit Bisantius notarius qui ibi fuit.
+ Imperialis Judex trani qui supra Romoaldus.
+ Joannes filius Senatuli.

(A piedi di questa carta si leggono le seguenti parole « testes sunt rossemannus iohannis comestabuli et iohannes senatuli. »)

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro
# all'anno 1266), documento n. 87

[Page 179]

**LXXXVII.**
**Anno 1196.**

Anno ab incarnatione domini nostri ihesu xristi Millesimo centesimo nonagesimo sexto et quinto anno Imperii Domini nostri henrici gloriosissimi romanorum Imperatoris et semper augusti et Regis Sicilie octavo mensis februarii indictione quarta decima. Ego Dottula filia Amorutii qui et . . . et relicta kurileonis civitatis trani. Coram presentia Saffiri imperialis iudicis et subscriptis testibus. Consentientibus in omnibus his mandone aliolo filio iaquinti notarii et iohanne qui et donnozito clerico filio suo consobrino meo et mandone aliolo milite filio bisanti alioli comestabuli parente meo. Nam petrus qui et amorusius filius meus est infra etatem si qui alii propinquiores vel ad consentientum aptiores parentes raichi inveniuntur aut absentes vel infra etatem sunt. licentia quoque eiusdem iudicis me legaliter inquirentis voluntarie per fustim tradens. Do pro anima mea tibi ursoni clerico filio pascalis accipienti vice Domini Samari dei gratia venerabilis Archiepiscopi filii Domini Samari eiusdem civitatis unam piscinam antiquam in modum palmenti quadratam et in tufo cavatam cum aqueductu suo. Servato mee proprietati illo ubi odie tufi inciduntur. Que piscina est in loco spinazzo non multum longe ab ecclesia sancte lucie ibidem constructa. Quatinus a presenti eadem mea datio penitus sit eiusdem Domini Archiepiscopi illiusque successorum ad faciendum inde quod voluerint cum inferioribus el superioribus introitibus[Page 180]

et exitibus suis omnibusque infra se manentibus. Ex qua datione nil preter missas et orationes ad dominum pro anima mea quero. vadiam quoque et me et Russonem generum meum filium otte de perto mediatores tibi predicto ursoni clerico accipienti vice eiusdem Domini Archiepiscopi dedi. ut ego et mei heredes defendamus eidem Domino Archiepiscopo eiusque successoribus predictam dationem ab omnibus hominibus. Sin demus eis quod curie inde sine dolo promiserint et pena decem solidos regales bonos aureos prelecta completuri. Et nos mediatores tribuimus eis licentiam sine compellatione nos nostrosque heredes pignorare per omnia nostra legitima et illegitima pignora. Per convenientiam ut supradicti in toto vel in parte alterutrum nostrum quem voluerit vel ambo secundum illorum electionem teneamur. In qua electione nullus liberetur sed ad alium nostri cum voluerint electionem faciendam regressum optineant. Sic et de nostris heredibus donec adimpleantur eis prefata. Est autem predicta piscina extra predictum eius aqueductum. Ab oriente iuxta viam. A meridie iuxta illud ubi predicti tufi incidantur. Ab occidente iuxta terram meam. A septentrione iuxta terram eiusdem Domini Archiepiscopi. Que scripsit Maraldus notarius qui interfuit.

. . . . . . qui supra Saffirus.

(Manca il resto delle firme perchè la carta è tagliata con forbice.)

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro
# secolo IX fino all'anno 1266), documento n. 88



**LXXXVIII.**
**Anno 1197.**
Anno ab incarnatione domini nostri ihesu xristi Millesimo centesimo nonagesimo Septimo. Et Sexto anno Imperii Domini nostri Henrici gloriosissimi romanorum Imperatoris et semper angusti et Regis Sicilie tertio mensis februarii indictione quartadecima. Nos Iohannes Natanius presbiter et Iaquinta relicta balduini nauclerii qui sumus frater et soror filii maioris qui et natanius civitatis trani. Coram presentia Saffiri imperialis iudicis et subscriptis testibus.[Page 181]

Consentientibus michi que supra iaquinta in omnibus his eodem germano meo et Iohanne et dardano germanis et filiis caloleonis parentibus meis. Si qui enim alii propinquiores vel ad consentiendum aptiores michi inveniuntur aut absentes vel infra etatem sunt. Licentia quoque eiusdem iudicis me legaliter inquirentis. Astante mecum qui supra presbiter in omnibus his ursone de Rigaletto. voluntarie per fustis traditionem damus et offerimus tibi Domino Samaro dei gratia tranensis ecclesie venerabili Archiepiscopo accipienti vice tua et eiusdem ecclesie pro animabus nostris unam casam nostram orreatam cum platea et scalis saxeis. et cum tanto de strictola que est retro eandem casam quantum eidem case pertinet. Quatinus a presenti eadem nostra oblatio penitus sit tua tuorumque successorum ac partis eiusdem ecclesie fraternitatis quam volueritis cum inferioribus et superioribus introitibus et exitibus suis omnibusque infra se manentibus. Ex qua datione nil preter missas et horationes ad dominum pro animabus nostris petimus. vadiam quoque et nos mediatores tibi Domino Archiepiscopo accipienti vice tua et eiusdem ecclesie dedimus. ut nos et nostri heredes Defendamus tibi tuisque successoribus ac parti eiusdem ecclesie predictam oblationem ab omnibus hominibus. Insuper causa tutioris securitatis dedimus tibi predicto Domino Archiepiscopo accipienti vice tua et eiusdem ecclesie quatuor scripta cum potestate quorum unus continet quomodo Disigius notarius et Iohannoccarus et Maraldus clerici et germani filii Iacinti notarii venundederunt Petrono habitatori eiusdem civitatis filio Iohannis unum orreum unius case orreate cum platea et scalis ante se et cum illo de strictola que est retro eandem casam ab orreo insursum. Aliud quomodo idem Petronus conventus a Maiore filio Iaquinti iure protimisios venundedit idem orreum cum platea et scalis et cum illo de strictola ipsi maiori qui et natanius. Aliud continet quomodo Nicolaus clericus filius Petri monachi vendidit ipsi Maiori qui et Natanius videlicet genitori nostro aliquantulum caselle orreate cum platea et scalis suis et illud quod eidem aliquantulo pertinet in strictola que est iuxta ipsum[Page 182]

aliquantulum. Reliqum est obligationis facte michi qui supra Iohannes presbiter a Iohanne filio ut nuncquam liceat sibi vel suis heredibus querere me de restauratione parietis terratilis inter casam suam et terrolam et casam meam. ut hec et alia eadem continent scripta. Quin etiam et per eiusdem fustis traditionem dedimus tibi accipienti vice tua et eiusdem ecclesie potestatem vendicandi cuncta munimina eidem nostre oblationi pertinentia. cum quibus vendicatis et cum predictis scriptis liceat vobis et parti eiusdem ecclesie agere causari si volueritis. et omnia cum eis et de eorum contentis facere pro defendenda seu vendicanda vobis predicta oblatione ab omnibus hominibus ut michi liceret. Et si necesse fuerit illa vobis firmari faciamus. Si vero nolueritis remittatis apud nos predicta scripta et si qua eis predictis muniminibus vendicaveritis apud nos facturos vobis et predicte ecclesie bonam securitatem de eis infra spatium duorum mensium apud vos sanis ac salvis remittendis habitote vos ea semper ordine predicto. Et nos defendamus vobis et eidem ecclesie predictam dationem ut dictum est. Sin demus vobis et ipsi ecclesie omne compendium curie inde sine dolo promissum et pena decem solidos regales bonos aureos prelecta completuri. Et nos mediatores tribuimus vobis et eidem ecclesie licentiam sine compellatione

nos nostrosque heredes pignorare per omnia nostra legitima
et illegitima pignora donec adimpleantur vobis et ei prefata.
est autem eadem casa intus in eadem civitate. Ab oriente
extra parietem et predictam strictolam iuxta casam filiorum dattonis
A meridie iuxta casam Fimbrie filie Roberti de
gustantio uxoris petracce casemaxime. Ab occidente iuxta plateam
et scalam iuxta viam. A septentrione iuxta casam que fuit cauratinorum.
unde et facta sunt duo scripta istud habendum vobis
et parti eiusdem ecclesie.
Que scripsit Maraldus notarius qui interfuit.
+ Imperialis Tranensium Index qui supra Saffirus
+ Basilius Tasselgardi filius
+ Ego Urso filius Rigaletti testis sum[Page 183]

(Sotto questa carta in caratteri della stessa epoca si legge « coram
ursone Rigaletti olim regii Portulani. » A tergo poi della
stessa anche in caratteri della stessa epoca si legge « bb. de domino
Iohanni Marangi de casa quam obtulit. »)

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metropolitano della città di Trani (dal secolo IX fino all'anno 1266), documento n. 89

---

[Page 183]

**LXXXIX.**
**Anno 1198.**
Constantia dei Gratia Romanorum Imperatrix Semper Augusta
et Regina Sicilie Una cum karissimo filio suo frederico eadem
gratia Rege Sicilie ducatus Apulie et principatus Capue. Camerariis
et baiulis trani et baroli tam presentibus quam futuris fidelibus
suis gratiam suam et bonam voluntatem. Per hoc presens
scriptum notum facimus quod nos de gratia et benignitatis nostre
obtentu boni et fidelis servitii quod Samarus venerabilis tranensis
Archiepiscopus fidelis noster maieslati nostre exhibuit. contemplatione
quoque honestatis ipsius concedimus et confirmamus ei decimas
de omnibus redditibus et proventibus ipsius civitatis nostre
trani et baroli sicut in vita Gloriosissimi Romanorum Imperatoris
recolende memorie eas habuit et percepit. Quare mandamus fidelitati
vestre et precipimus quatinus eidem venerabili Archiepiscopo
fideli nostro et eius successoribus decimas ipsas integre et sine
qualibet diminutione per Annos singulos quiete percipere permittatis
omni occasione cessante sicut gratiam nostram diligitis. Datum
panormi XIII mensis Septembris secunde indictionis.

(Vi ha il suggello in cera rossa impresso sulla pergamena al
luogo della firma).

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro
# 1266), documento n. 90

[Page 183]

**XC.**
**Anno 1199.**
IncaRNationis domini nostri iehsu xristi Millesimo Centesimo nonagesimo nono et secundo aNNo Regni domini nostri Frederici magnifici Regis augusti Sicilie quartodecimo mensis iulii indictione[Page 184]

secunda. Ego subirinus . . . . . . civitatis trane coram subscriptis testibus voluntarie guadiam et mediatorem me dedi luponi filio maionis ut per totum proximum mensem augusti vel si anterius vendidero ficus suas ego vel mei heredes demus ei vel eius heredibus septem solidos de rialibus bonis. sin demus eis ea ratione prelecta completuri nos qui supra mediator tribui eis licentiam sine compellere nos nostrosque heredes pignorare per omnia nostra licita et illicita per convenientiam in quocumque nostrum vel ambobus nobis voluerit, sic ad nostros heredes donec prelecta adimpleantur.
QUE SCRIPTA URSO SCRIPSIT QUI INTERFUIT.
+ mathias ursitides.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro
# documento n. 91

[Page 184]

**XCI.**
**Anno 1199.**
Triumphalis et salutifere incarnationis Domini nostri Jesu Christi anno Millesimo ducentesimo. et tertio anno Regni Domini nostri Frederici Magnifici Regis Augusti Sicilie ac Italie vicesimo quinto die Mensis Septembris Indictionis tertie. Ego Luisia filia Senioris de Achazzara uxor Robberti de guaranka Civitatis Trani jacens infirma gravi languore oppressa. diem meum imminentem cernens extremum. sensu tamen memoria rectaque loquela mihi vigentibus rerum mearum testamentum condere utile duxi. Ea propter coram presentia Judicis Brazzialti Imperialis Judicis et subscriptis testibus. Consentientibus mihi in his omnibus eodem viro meo et Domno Mansone Clerico et Rectore Ecclesie Sancti Georgii patruo meo. et Gaiderisio avunculo meo. et Kuristephano filio Marini militis. et Mancusio filio Petracce Notarii parentibus meis. Si qui enim alii propinquiores. vel ad consentiendum aptiores parentes mihi inveniuntur. aut absentes aut infra etatem sunt licentia quoque ejusde Judicis me legaliter inquirentis. voluntarie eas disponens. mitto eas in manu Aloyse matris mee et predicti Robberti viri mei. ipso viro meo cum eadem matre astante. Ut si me ex[Page 185]

hac infirmitate. qua non opprimor mori contigerit gunnella mea vividis et zeppa mea vendantur. et de pretio inde accepto dent pro anima mea solidos quinque Imperiales Domno Grimaldo Sacerdoti Patri meo Spirituali. et solidos octo Imperiales Fraternitati Tranensis Archiepiscopatus. et solidos octo Imperiales Domino Samaro Venerabili Tranensi Archiepiscopo. Quod autem reliquum fuerit predicta mater mea pro anima mea eroget. Dimitto etiam ipsi Ecclesie Tranensis Archiepiscopatus medietatem meam unius cisterne. que est in solario case veteris. que teneri videtur a mundella naturali filia predicti Mansonis Clerici patrui mei. tenendam a Domno Petro Abailardo Venerabili Archidiacono donec vixerit. Quo obeunte iuri ejusdem Ecclesie Tranensis Archiepiscopatus deveniat. Cuius solarii medietas cum altera medietate eiusdem cisterne eidem ecclesie tranensis archiepiscopatus pertinet. Iura vero tam in ecclesiis quam et in rebus earum michi pertinentia predicte ecclesie

ipsius tranensis archiepiscopatus similiter pro anima mea dimitto. tenenda a predicto domino archidiacono donec vixerit. Quo decedente iura eiusdem ecclesie ipsius archiepiscopatus applicentur. Sic tamen ut si quis ex descendentibus ipsius Kurazze filie mee Clericus in predicta Ecclesia ipsius Archiepiscopatus Frater fuerit. eadem jura nomine feudi donec vixerit teneat. Cetere vero omnes res mee sint ejusdem Kurazze filie mee per successionem et animam meam. Que si infra etatem et sine liberis obierit. domus mea. excepto solario ejus sit predicte Ecclesie Tranensis Archiepiscopatus. Quod solarium si eadem filia mea infra etatem. et sine liberis obierit. ut dictum est. pasce fratri meo uterino pro anima mea dimitto. Qui si infra etatem et sine liberis decesserit. in ius et potestatem predicte Ecclesie Tranensis Archiepiscopatus devolvatur. Unam autem petiam vinee. quam habeo in cluso Ecclesie Sancte Marie Albane cum omnibus arboribus olivarum in ea existentibus post mortem ipsius filie mee. ut supra dictum est. prenominato Gaiderisio Avunculo meo pro anima mea dimitto. Quam petiam cum eisdem arboribus olivarum tandiu predictus vir meus teneat et fruatur eis. donec idem Gaiderisius solverit ei[Page 186]

unam unciam auri tarenorum Sicilie fructibus eiusdem vince et arboribus non computatis. Cui etiam viro meo quicquid habeo mihi traditum et mephium ab eo pro me obligatum et omnes rationes et justitias tam in persona quam et in rebus mihi competentes pro anima mea dimitto. predictas autem omnes res meas predicte filie mee a me dimissas donec ipsa infra etatem innupta permanserit teneat et custodiat prenominata mater mea una cum predicto viro meo habitante cum eadem matre mea in una domo. Qui vir meus. si ad secunda vota migraverit. solummodo eadem mater mea teneat ipsas res. Que mater mea. si post mortem ipsius filio mee infra etatem decedentis superstes fuerit. teneat easdem res jure usufructuario donec vixerit. lecto vero meo idem vir meus utatur donec uxorem duxerit. postea sit eiusdem matris mee ad faciendum inde quod voluerit. Quam Filiam meam quamdiu ad legitimam etatem pervenerit. et innupta permanserit penes eandem matrem meam educari volo. Ex quibus omnibus nil preter missas. et orationes ad Dominum pro anima mea peto. Predictus autem manso Clericus et mancusus huic dispositioni protestando. sic suum prebuerunt consensum. ut idem consensus eis ad sua propria tenenda. seu etiam persequenda nullum preiudicium inferat sed proinde sit quoad dicta illorum iura. ac si idem consensus non intervenisset. Guadiam quoque et me mediatricem dedi predictis viro. et matri meis. ut si quod prelegitur quilibet heres meus non adimpleverit. seu removere voluerit det quod curie sine dolo promiserit et pena decem solidos regales prelecta suo loco stabiliter permanentibus. Ego mediatrix tribui eis licentiam pignerare sine compellere heredes per omnia eorum licita et inlicita pignora donec prefata adimpleantur. Est autem primodicta domus intus in prefata Civitate. Ab oriente a medio pariete juxta casam Eustasii filii Majonis Magistri. A meridie extra parietem juxta viam. Ab Occidente juxta Casam predicte Ecclesie Tranensis Archiepiscopatus. A Septentrione juxta predictam Casam veterem. Affata vero petia cum eisdem arboribus est juxta vineam Ecclesie Sancte Agathes. et juxta vineam predicte Mundelle. et juxta vineam filiorum[Page 187]

Tristani de Monte et iuxta viam. Unde facta sunt plura Scripta. Istud habendum prenominato Mancusio. Quod Scripsit Petrus notarius. eoquod ibi affuit.
Imperialis Judex Tranentium qui supra. Judex Brazzialtus.
+ Ego Riccardus Filius Uberti De Calvello testis sumus.
+ Senior Nicolai Judicis.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro
# 1266), documento n. 92

[Page 187]

**XCII.**
**Anno 1199.**
Millesimo ducentesimo incarnato domino nostro ihesu xristo.
Et tertio anno regni domini nostri FREDERICI magnifici . . . .
novembris indictione tertia. Ego falco . . . . . . . . . . sanctorum
iohannis et pauli. et ecclesie sancti leonis que sunt intus in civitate
trano site. In extremis . . . . . . . . . ana exigit conditio.
Ad ea que anime mee remedia conferunt operam dare curavi
. . . . . . . . . rigenda et in meliorem statum pro salute anime
mee reformans quod forte heredum meorum . . . . . . . . . s
se relinquere. Quatinus predium ecclesiasticum amplificans. Ampliorem
a domino retributionem promeretur . . . . . . . . . . . . . .
testibus astante mecum Sere leone milite filio demetrii qui fuit
germano meo. et in omnibus ha . . . . . . . . . que in heredem
institui iuxta scripti testamenti a me confecti continentiam.
qui me infirmantem innata vobis benevolentia . . . . . . . . . . . .
mea visitare curastis. respondi me curtem intus casam meam et
casam predicte ecclesie sancti leonis existentem. bona fide iustoque
titulo cum eadem casa emisse. totamque ipsam curtem auctoritate
rationum mearum iuste posse iuri meo defendere. Sed qum reverende
pater et domine visitare curastis. iuri meo pro parte renuntians.
quod michi est proprium in comunem deduco. videlicet
precipiens ut de modo inantea perpetuis temporibus predicta ecclesia[Page 188]

sancti leonis que sub vestro demanio consistit. ipsius curtis
comunionem habeat indixtincte sitque curtis eadem comunis inter
predictam casam meam. et dictam casam eiusdem ecclesie sancti
leonis sicut dictum est indifferenter. Absque mea meorumque heredum
contradictione. Et qum ea que scripto communita . . . . .
. . . . . . . . . . nituntur. quam et que memorie mandentur. hec
scripsit matheus notarius qui interfuit.
+ Michael. filius. zitumeles.
+ Johannes. filius. Kuribarde.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro all'anno 1266), documento n. 93

[Page 188]

**XCIII.**
**Anno 1201.**
Sollicitudo pastoralis nos ammonet et hortatur Sacram Religionem plantare et plantatam dignis beneficiorum muneribus iugiter fovere. quatenus et ipsa in dei servitio cotidie crescat in melius. et quique fidelium ad cultum illius devotius provocentur. Ea propter Nos Samarus dei gratia tranensis Archiepiscopatus humilis minister vestram io xristo Karissimi filii prior et canonici Sancti Leonardi de Siponto religionem. et Karitatis devotionem erga deum et homines flagrare cognoscentes. consensu Petri Abbailardi nostri archidiaconi. Heliuth archipresbiteri. et aliorum clericorum fratrum nostrorum. presentibus etiam Peregrino baroli archipresbitero. et Disigio vicario nostro. ecclesiam sancte Margarite in civitate baroli constructam canonice vobis et vestris successoribus perpetuis temporibus habendam concedimus et presenti privilegio communimus. Salvo nobis iure. auctoritate et potestate in eadem ecclesia. quam habemus in aliis ecclesiis baroli? et clericis earum privilegio nostro exemplis. De qua videlicet ecclesia tam nos quam successores nostri tertiam partem oblationis. vivorum percipiamus. Quartam autem partem mortuorum tam de ipsa ecclesia sancte margarite quam de ecclesia sancti Leonardi[Page 189]

nobis et nostris successoribus competit iure parrochianorum nostrorum sine diminutione tam vos quam successores vestri nobis et successoribus nostris vel parti tranensis ecclesie solvatis. Si autem prepositus vel prior in eadem ecclesia constitutus impetatur de pecunia reddenda vel de levibus vel mediocris causis tam temporalibus quam spiritualibus utpote de iniuria alicui illata et similibus coram nobis et nostris successoribus iustitiam faciet. Et si vocatus ad eum diem venire noluerit et post latam sententiam satisfacere contradixerit nisi se corrigat secundo tertiove commonitus. liceat nobis ipsum suspendere. vel ecclesiam ipsam supponere interdicto. Item si prepositus vel prior vel aliquis canonicorum de enormi crimine unde deponi debeant impetantur. Nos magno priori pro ipso excessu literas dirigemus. ut ipsum priorem vel canonicum de iamdicta ecclesia amoveat. et alium quem voluerit substituat. Insuper si canonici de aliquo debito vel de iniuria irrogata vel de levi vel mediocri causa temporali vel spirituali conveniantur ab aliquo coram priore vel preposito ecclesie memorate iustitiam facere teneantur. Sed si prepositus vel prior negligens fuerit. et aliquem de canonicis noluerit vel nequiverit ad exhibendam iustitiam coercere coram nobis iudicio stabit. Si vero vocatus venire et sententie parere contempserit. et bis tertiove commonitus nou resipuerit ipsum similiter suspendemus. Si aliquis vel aliqui secularium clericorum ecclesie superdicte querantur de aliquo coram nobis teneantur iustitiam exhibere. Adicimus etiam quod si civitas barolitana generali supposita fuerit interdicto Canonici tantum clausis ianuis celebrabunt. non pulsatis campanis. suppressa voce sine fraude tamen. Si autem ecclesia ipsa solummodo fuerit interdicta licitum sit ipsis canonicis infra septa claustri vel in aliqua ecclesia baroli si voluerint celebrare. Prior autem vel prepositus iurabit nobis secundum formam quam iurat prior sancte marie magdalene quam huic privilegio duximus inserendam. Ego N. promitto atque iuro ad hec sancta dei evangelia. ut dum hanc ecclesiam rexero observem sancte tranensi matrici ecclesie et tibi domino Samaro venerabili archiepiscopo eiusque[Page 190]

successoribus canonice intrantibus puram fidelitatem et veram obedientiam atque canonicam subiectionem de ordine et officio meo et de omni iure episcopali quod predicte matri ecclesie et tibi pertinet et ut tertiam partem oblationis vivorum et quartam mortuorum integre tibi tuisque successoribus reddam et quod non ero in facto neque in dicto. neque consilio neque consensu qualiter predicta tranensis mater ecclesia et tu tuique successores de iustitia. potestate. honore et dignitate vobis competenti in aliquo detrimentum vel diminutionem patiamini. Hec autem omnia fideliter

predicte tranensi ecclesie et tibi tuisque successoribus promitto et
attendam sine fraude et malo ingenio. Sic me deus adiuvet et hec
sancta dei evangelia. Canonici autem morabunt infra septa claustri.
et non vagabuntur per civitatem. nisi honesta et necessaria
causa eos exire coegerit. Cum capitulum trani vel baroli contingerit
celebrare prepositus vel prior cum clericis secularibus ipsius
ecclesie vocatus ad synodum veniet. Quod si iusta et certa excusatione
se accedere non posse nobis constiterit. duos qui potiores
sunt inter fratres dirigat superdictis. Cum autem canonici ad ordines
fuerint promovendi. a nobis et nostris successoribus ordinentur.
In ramis palmarum et in rogationibus prepositus cum
secularibus clericis ipsius ecclesie simul cum clericis maioris ecclesie
baroli vadant. canonicis infra septa ecclesie palmas celebrantibus
privatim et absque conventu plebis. In die sancta iovis
prepositus vel prior ad sermonem nostrum audiendum ad baptismalem
ecclesiam cum aliis clericis suis veniet. aliis autem cum
canonicis interim tacentibus donec idem prepositus et clerici superdicti
ad eos redierint. Concedimus preterea vobis baptisterium
et liberam sepulturam his qui in cimiterio vestro elegerint sepeliri.
exceptis interdictis et excommunicatis. et etiam deferendi
crucem per civitatem pro deferendis mortuis in ipsa ecclesia sancte
margarite sepeliendis. Consecrationem ecclesie et altarium. Oleum
sanctum et crisma a nobis et successoribus nostris suscipietis.
Ad huius autem nostre concessionis memoriam et perpetuam firmilalem
duo scripta consimilia fieri fecimus per manum Maiorani[Page 191]

tranensis ecclesie sacerdotis et primicerii istud habendum ab ecclesia
tranensi. Anno dominice incarnationis Millesimo ducentesimo
primo. Nono mensis augusti quarte indictionis. Nostri vero archiepiscopatus
anno decimo. Ad maiorem preterea firmitatem hoc
privilegium iussimus plumbeo typario nostre ecclesie roborari.
anno mense et indictione prescriptis.

(S)+ Dirige me domine in veritate tua. doce me quia vidi deum meum - SI|GNUM || VI|TE
+ Ego Samarus dei gratia
tranensis archiepiscopatus humilis
minister.
+ Ego Petrus ecclesie Sancti
Leonardi prior propria
manu mea subscripsi.
+ Petrus abailardus trani humilis archidiaconus
+ Eliuth tranensis ecclesie archipresbiter
+ Ego Samarus sacerdos et primicerius tranensis ecclesie
+ Ego petracca luca sacerdos et sacrista
+ Ego Rogerius cappellanus testis sum
+ Ego Barnabas sacerdos testis sum
+ Ego Rogerius sacerdos testis sum
+ Ego Dionisius sacerdos testis sum
+ Roboam diaconus et rector ecclesie S. iacobi
+ amorazius tranensis maioris ecclesie subdiaconus
+ Ego nicolaus diaconus testor
+ Ego pintulus diaconus testis sum
+ Ego Girardus ecclesie sancti Leonardi prepositus hoc signum?feci
+ Ego Nicolaus decanus et canonicus quia interfui[Page 192]

+ Ego Peregrinus sacerdos el canonicus testis sum
+ Ego Johannes prior sancte Margarite in barulo hoc scripsi
+ Ego Johannes sacerdos et canonicus hoc signum feci
+ Ego Jacobus sacerdos et canonicus testis sum
+ Ego Leonardus sacerdos et canonicus testis sum
+ Ego Simeon sacerdos et canonicus testis sum
+ Ego Milo sacerdos et canonicus testis sum
+ Ego magister Willelmus sacerdos et canonicus testis sum
+ Ego Mercurius diaconus et canonicus hoc signum composui
+ Ego Lucasius levita et canonicus hoc signum sancte crucis
propria manu depinsi
+ Ego Gratianus diaconus et canonicus testis sum
+ Ego Johannes subdiaconus et canonicus testis sum
+ Ego Tancredns subdiaconus et canonicus testis sum.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metropolitano della città di Trani (dal secolo IX fino all'anno 1266), documento n. 94

[Page 192]

**XCIV.**
**Anno 1203.**
Innocentius episcopus servus sevorum dei venerabili fratri Bartholomeo tranensi archiepiscopo apostolice sedis legato salutem et apostolicam benedictionem. Solet annuere sedes apostolica piis votis et onestis petentium precibus favorem benevolum impertiri. Ea propter venerabilis in xristo frater tuis iustis postulationibus grato concurrentes assensu. Terram Caurati ad tranensem ecclesiam pertinentem nuper tibi de mandato apostolico restitutam sicut eam iuste possides et quiete tibi et per te ipsi ecclesie auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum petri et pauli apostolorum eius se noverit incursuram. Datum Anagne III Kal. octob. pontificatus nostri anno VI.

(Vi è il suggello di piombo d’Innocenzo III).

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metropolitano della città di Trani (dal secolo IX fino all'anno 1266), documento n. 95

[Page 193]

**XCV.**
**Anno 1204.**
Incarnationis domini nostri ihesu xristi anno Millesimo ducentesimo quarto. et septimo anno regni domini nostri frederici magnifici regis Sicilie ducatus apulie principatus capue. vicesimo secundo die mensis aprilis Indictionis septime. Nos Riccardus filius guillelmi militis de calvello. guillelmus et goffridus germani filii eiusdem Riccardi civitatis trani. dividentes cum Riccardo filio Riccardi militis de calvello predicte civitatis ia duas equales sortiones duas petias vinearum desertarum existentes in loco caserma prope ecclesiam sancti spiritus cum terrola in qua sunt palmentum cum pila ot cum curticella existentibus in septentrionali capite unius ex predictis petiis actenus inter nos et eum pro medietate comunes. Coram Nicolao imperiali iudice et subscriptis testibus. Voluntarie per fustim tradentes dedimus eidem Riccardo unam earundem duarum sortionum scilicet illam ex predictis duabus petiis. in septentrionali capite cuius predicta terrola et curticella consistunt cum medietate eiusdem terrole. et curticelle. que petia cum predicta terrola et curticella est ab oriente extra sepem iuxta carrariam. A meridie iuxta curtem predicte ecclesie sancti spiritus. Ab occidente a medio limite iuxta alteram predictam petiam ab eodem riccardo milite in sortionem traditam. A septentrione extra sepem iuxta viam. Hec igitur eidem Riccardo in sortionem tradidimus ad faciendum inde ipse et eius heredes quod voluerint cum inferioribus superioribus introitibus et exitibus suis omnibusque infra se habitis. Guadiam quoque et nos mediatores ei dedimus ut nec nos nec nostri heredes eandem divisionem removeamus. nec illam aliter dividere. nec adequationem ibidem fieri queramus. Alioquin demus eis quod proinde parti publice sine dolo promiserint. et penaliter decem aureos regales bonos prelecla completuri et observaturi. Et nos mediatores tribuimus eis licentiam[Page 194]

sine compellatione nos nostrosque heredes pignorandi in omnibus nostris iure permissis ac vetitis donec prelecta adimpleantur.

Quod scriptum scripsit Kataldus notarius eo quod ibi
fuit.
+ Nicolaus qui supra Tranentium Judex Imperialis
+ ego Jordanus. filius. Jordani. testis. sum
+ michael petri protonotarii filius

---

Incarnationis domini nostri ihesu xristi anno Millesimo ducentesimo quarto. et septimo anno regni domini nostri frederici magnifici regis Sicilie ducatus apulie principatus capue. vicesimo secundo die mensis aprilis indictionis septime. Nos Riccardus filius Riccardi militis de calvello. et mulier nomine Pisanuzula filia gaiderisi militis. vir et uxor civitatis trani. Coram Nicolao imperiali iudice. et subscriptis testibus consentientibus michi que supra mulier in omnibus his eodem viro meo. et gaiderisio clerico germano meo et Kurleone filio burelli parente meo. Si qui enim alii propinquiores vel ad consentiendum aptiores parentes michi inveniuntur aut absentes aut infra etatem sunt. licentia quoque eiusdem iudicis me legaliter inquirentis voluntarie per fustim tradentes venundamus tibi domino demetrio confratri ecclesie sancti spiritus site in loco caserme in pertinentiis predicte civitatis trani accipienti vice eiusdem ecclesie unam petiam vinearum desertarum existentem in eodem loco caserme prope predictam ecclesiam sancti spiritus cum medietate unius terrole in qua sunt palmentnm cum pila. et unius curticelle. existentium in septentrionali capite eiusdem petie que petia cum predicta terrola et curticella est ab oriente extra sepem iuxta carrariam. A meridie iuxta curtem ecclesie sancti spiritus. ab occidente a medio limite iuxta petiam terre Riccardi filii guillelmi militis de calvello. et guillelmi et goffridi fratrum filiorum eiusdem riccardi. A septentrione extra sepem iuxta viam. In qua petia a nobis ut prelegitur vendita continentur
[Page 195]

tres vineales. et si plus in eadem petia esse constiterit hac venditione comprehendatur. A presenti itaque eadem venditio sit predicte ecclesie sancti spiritus cum inferioribus. superioribus. introitibus et exitibus suis. omnibusque infra se habitis faciatque inde quod voluerit. Ex qua venditione fatemur nos accepisse a te dante nobis pro parte predicte ecclesie sancti spiritus tres uncias et quartam auri tarenorum bonorum Sicilie totum eiusdem venditionis pretium. Guadiam quoque et nos et predictum gaiderisium clericum. et Riccardum filium Guillelmi militis de calvello. et Guillelmum et Goffridum germanos filios eiusdem riccardi mediatores tibi accipienti vice predicte ecclesie sancti spiritus dedimus. ut nos et nostri heredes defendamus predicte ecclesie ipsam venditionem ab omnibus hominibus. Et pro ampliori securitate per eiusdem fustis traditionem dedimus tibi cun potestate unum scriptum continens quomodo Riccardus filius guillelmi militis de calvello et guillelmus et goffridus germani filii eiusdem Riccardi dividentes mecum qui supra Riccardo in duas equales sortiones duas petias vinearum desertarum existentes in loco caserma cum terrola in qua sunt palmentum cum pila et cum curticella existentibus in septentrionali capite unius ex predictis petiis dederunt michi qui supra Riccardo unam earundem duarum sortionum. scilicet illam ex predictis duabus petiis in septentrionali capite cum iamdicta terrola et curticella consistentibus. cum medietate eiusdem terrole et curticelle. que cum aliis idem continet scriptum. quam potestatis donationem accepisti vice predicte ecclesie. Necnon et dedimus tibi vice eiusdem ecclesie accipienti potestatem vendicandi cuncta munimina eidem venditioni pertinentia. cum quibus vendicatis. et cum predicto scripto liceat si voluerit parti eiusdem ecclesie agere causare. et omnia cum eis et de eis pro defendenda seu vendicanda sibi iamdicta venditione facere ut nobis liceret. et si necesse fuerit illa ei firmari faciamus. Si vero cum eisdem scripto et muniminibus si qua vendicaverit ut dictum est agere noluerit pars eiusdem ecclesie remittat illa apud nos facturos pro eis bonam securitatem de eis apud eos sanis ac salvis
[Page 196]

velut illa accepimus infra duorum mensium spatium remittendis ad habendum illa sempcr ordine prediclo. et nos defendamus ei ipsam venditionem qualiter predictum est ab omnibus hominibus. Alioquin demus ei quod proinde parti puplice sine dolo promiserit et penaliter decem aureos regales bonos prelecla completuri. Et

nos mediatores tribuimus ei licentiam sine compellatione nos nostrosque heredes pignorandi in omnibus nostris iure permissis ac vetitis. pro convenientia. tenendi se in singulis nostrum qui supra Riccardus. Guillelmus et Goffridus de omnibus predictis vel eorum parte qualiter voluerit. et in singulis nostrum qui supra mulier et gaiderisius clericus de quarta parte omnium predictorum. et si plus michi que supra mulier ibidem pertinet. et ab uno ad alium aliosve nostrum in predicto modo transeundi sic et de nostris heredibus donec prelecta adimpleantur. Insuper ego qui supra Riccardus iuravi ad sancta dei evangelia quod predictam petiam a me ut predictum est venditam nemini alii habeam alienatam et obligatam. Quod scriptum scripsit Kataldus notarius eoquod interfuit.
+ Nicolaus qui supra Tranentium ludex Imperialis
+ riccardus testis Guillelmi filius est his
+ Guillelmus testis Riccardi filius est his.

---

Incarnationis domini nostri ihesu xristi anno Millesimo ducentesimo quarto. et septimo anno regni domini nostri frederici magnifici regis sicilie ducatus apulie principatus capue. vicesimo secundo die mensis aprilis Indictionis septime. Ego mulier nomine pisanuzula filia gaiderisii militis uxor Riccardi filii Riccardi militis de calvello civitatis trani. fateor eundem virum meum dedisse pro anima sua fratri demetrio ecclesie sancti spiritus in loco caserme edificate accipienti vice ipsius ecclesie unum vinealem et medium de una petia terre que est in eodem loco. et si plus sibi in eadem petia habere pertinuit. iuxta scripti de eadem datione facti continentiam.


Necnon et vendidisse ipsi domino demetrio accipienti vice ecclesie sancti spiritus in loco caserme constructe sex vineales quos habebamus in una petia terre pro indiviso que est in eodem loco caserme et si plus ei in eadem petia pertinuit. velut in scripto de eadem venditione facto hec et alia continentur. Unde nunc coram Nicolao imperiali iudice et subscriptis testibus consentientibus michi in omnibus his eodem viro meo. et gaiderisio clerico fratre meo. et Kurleone filio burelli parente meo. Si qui enim alii propinquiores vel ad consentiendum aptiores parentes michi inveniuntur aut absentes aut infra etatem sunt licentia quoque eiusdem iudicis me legaliter inquirentis. Voluntarie guadiam et me mediatorem predicto fratri demetrio accipienti vice predicte ecclesie sancti spiritus dedi. ut nec ego nec mei heredes intromittamus nos in predictis vinealibus quos iamdictus vir meus predicto fratri demetrio accipienti vice iamdicte ecclesie sancti spiritus dedit pro anima sua. et vendidit. sicut predictum est. quolibet iure vel modo michi in eis a retro tempore usque nunc pertinente scripto vel sine eo. nec eandem ecclesiam exinde qualibet ratione appellemus. Immo defendamus eam ab omnibus hominibus adversus eam inde pro nostra parte venturis. Alioquin demus ei quod proinde parti puplice sine dolo promiserit. et penaliter decem aureos regales bonos prelecta completuri. Et ego mediatrix tribui ei licentiam sine compellatione me meosque heredes pignorandi in omnibus nostris iure permissis ac vetitis. donec prelecta adimpleantur. Quod scriptum scripsit Kataldus notarius eoquod ibi fuit.
Nicolaus qui supra Tranentiuin Judex Imperialis
Riccardus. testis. Guilleimi. filius. est. his
Guillelmus testis Riccardi filius est his.

I tre documenti che precedono sono scritti in una sola membrana. ed è perciò che vedonsi qui sopra riuniti sotto lo stesso numero d’ordine.)

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro
# 1266), documento n. 96

[Page 198]

**XCVI.**
**Anno 1205.**
Bartholomeus miseratione divina Tranensis ecclesiae minister humilis Apostolice Sedis Legatus Fratribus ecclesie Sancti Spiritus Dimitrio Alberto et ceteris tam presentibus quam futuris in perpetuum. Ad incitandas fidelium voluntates circa divini cultos honorem et Sancte Religionis propositum in melius auctore domino propagandum. pontificalis provisio quam de gratia sommi numinis adepti sumus artius nos invitat. et multarum salus et utilitas animarum sub ihesu xristi iugo subdi cupientium nos hortatur. ut quanto per sollicitudinis et cure pastoralis studium maior in domo domini creverit numerus electorum tanto simul cum eis fructus retributionis eterne post vite presentis stadium dignius reportemus. Eapropter predicti fratres quia vile laudabilis et sancte conversationis propositum per inspirationem divinam iam cepistis sub habitu Regulari et plantatio novella consurgitis germen salutis dante domino paritura. Vos sub nostra nostrorumque successorum protectione suscipimus et ut in servitia iesu xristi proficiatis in dies. et ecclesia vestra spiritualium et temporalium suscipiat incrementum petitiones vestras duximus admittendas. De consilio igitur fratrum Petri abbailardi nostri arcidiaconi. Heliut archipresbiteri. primiceriorum el aliorum clericorum Tranensis ecclesie cui Auctore domino quamquam immeriti presidemus ecclesiam vestram Sancti spiritus que prope menia trani infra vineas silta est. ab episcopali iure prestande tertie partis obblationis vivorm. et quarte partis obblationis mortuorum tam stabilium quam mobilium rerum perpetuis temporibus constituimus absolutam. et presentis privilegii patrocinio communimus. quatenus nec nos nec successores nostri debeamus ab eadem ecclesia preter censum annuum exigere constitutum. Licitum etiam sit vobis si volueritis abbatem eligere. vel Priorem si malueritis in eadem ecclesia Canonicam facere Regularem. cum nostra tamen nostrorumque successorum licentia ei[Page 199]

consensu. qui videlicet a nobis et successoribus nostris debeat confirmari et benedici. et sacramentum exhibere nobis et successoribus nostris. quod consuevit fieri ab universis Tranensis ecclesie suffraganeis et subiectis. qui etiam subiectioni et iudicio tranensis ecclesie subiacebit. Quo etiam obeunte vos eius obitum nobis et successoribus nostris nunciabitis. deinde ad vestram ecclesiam redeuntes. impetrata prius a nobis vel successoribus nostris licentiam eligendi. de comuni fratrum vestrorum consilio eleclionem celebrabitis canonicam et concordem. Quod si in facienda electione suadente humani generis inimico discordes fueritis. nos et successores nostri personam idoneam et sufficientem debeamus in abbatem constituere vel priorem. Si vero tunc temporis Tranensis ecclesia vacare contigerit cum consilio Tranensis Capituli vel principalium personarum. persona sufficiens et idonea in eadem ecclesia ordinetur. Insuper concedimus vobis liberam sepulturam. ut sine omni contradictione recipiatis omnes qui in ecclesia vextra elegerint sepeliri. nisi excommunicati sint vel interdicti. Item concedimus vobis habere in eadem ecclesia cappellanos. qui libere in civitate Tranensi et extra salutis viaticum illis tantum extraneis prestent qui ad prescriptam ecclesiam vestram elegerint sepeliri. et eos ad sepeliendum illuc processionaliter portent. Qui scilicet cappellani postquam ordinationis et absolutionis sue litteras nobis et successoribus nostris exibuerint. si fuerint boni testimonii cum nostra et nostrorum successorum licentia in eadem ecclesia vestra recipiantur. qui etiam correctioni et iudicio Tranensis ecclesie subiacebunt. Nos insuper et nostri successores debeamus ecclesiam vestram altaria et cimiterium consecrare clericos ordinare et cetera utensilia benedicere. In ramis palmarum. Rogationibus et omnibus aliis processionibus cappellani ecclesie vestre ad maiorem Tranensem ecclesiam venient. ituri cum reliquis clericis ad processiones. vobis easdem processiones celebrantibus tantum intra septa ecclesie vestre et absque conventu plebis. Item memorati cappellani vestri venient ad capitulum cum ceteris

clericis qum nos vel successores nostri illud decreverimus celebeare.[Page 200]

Si vero contigerit abbatem vel priorem vestrum mitram
habere. nunquam ea utetur in civitate Tranensi. nisi illis precipuis
festivitatibus ecclesie nostre ad quas ipse venire teneatur. et
nisi de speciali nostra et nostrorum licentia successorum. Ad memoriam
omnium predictorum ecclesia vestra solvet Tranensi ecclesie
annuatim pro censu in festo sancti spiritus unam mediam
unciam argenti sterlingorum bonorum vel equivalens. et ne processu
temporis que prelecta sunt a nostra et posterorum memoria
relabantur duo inde consimilia scripta per manum MAIORANI
tranensis ecclesie sacerdotis et primicerii fieri fecimus. unum habendum
Tranensi ecclesie. alterum vero vobis memorati fratres
ecclesie sancti spiritus. que tam nostra subscriptione. et capituli
nostri quam etiam plumbeo typario nostre ecclesie iussimus roborari.
Anno dominice Incarnationis. Millesimo. ducentesimo quinto.
mense apreli octave indictionis. Nostri vero archiepiscopatus anno
secundo.
(S) + Ego bartholomeus miseratione divina
tranensis ecclesie minister humilis apostolico
sedis legatus.
+ petrus abbailardus. trani humilis archidiaconus
+ eliuth tranensis ecclesie archipresbiter
+ Ego Samarus Ieracius sacerdos et primicerius tranensis ecclesie
+ Ego petracca luca sacerdos et sacrista?+ Ego Magister Barnabas testis sum
+ Ademarius tranensis ecclesie presbiter
+ Guido tranensis ecclesie sacerdos
+ Ego dionisius sacerdos testis sum
+ Roboam diaconus el rector ecclesie Sancti iacobi[Page 201]

+ Amorutius tranensis ecclesie diaconus
+ Ego iaquintus diaconus
+ Ego zitusleo diaconus
+ Ego Constantius Subdiaconus
+ amoruzius rector Sancti petri
+ iohannes rector sancti matthei
+ Ego Samarus subdiaconus
+ Ego iohannes subdiaconus
+ Ego manfredus subdiaconus.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro
# documento n. 97



**XCVII.**
**Anno 1206.**
Incarnationis Domini nostri Ihesu xristi anno Millesimo ducentesimo sexto. et nono Anno Regni Domini nostri Frederici magnifici Regis Sicilie atque ytalie quinio mensis ianuarii indictionis none. Ego Simonetta filia iohannis de michaele et uxor nicolai de tolfa filii iohannelli civitatis Trani. coram presentia Nicolai regalis iudicis et subscriptis testibus. consentientibus michi in omnibus his eodem viro meo. et marino fratre meo. et kuristefano filio marini militis parente meo. si qui enim alii propinquiores vel ad consentiendum aptiores parentes michi inveniuntur aut absentes vel infra etatem sunt. licentia quoque eiusdem iudicis me legaliter inquirentis voluntarie per fustis tradens promitto tibi domino petracce venerabili sacerdoti tranensis archiepiscopatus accipienti vice eiusdem archiepiscopatus unam petiam vinearum existentem in cluso sancti petri cum sortione palmenti pile et platee sue. quatinus a presenti eadem permutatio penitus sit in potestate tranensis archiepiscopatus ad faciendum inde quod voluerit. cum inferioribus et superioribus cum introitibus et exitibus suis omnibus infra se habitis. reservata tamen michi meisque heredibus potestate in ipso palmento vindemiandi. ex qua permutatione fateor eundem virum meum accepisse in commutationem vice mea a domino

Bartholomeo venerabili ac reverendo tranensi archiepiscopo apostolice sedis legato unam petiam vinearum existentem in eodem cluso. Guadiam quoque et me et eundem virum meum et Villelmum de gallipulo fratrem ipsius viri mei mediatores tibi vice predicti archiepiscopatus . . . . . . astante tecum petro filio falcizii. ut ego et mei heredes defendamus ipsi archiepiscopatui eandem permutationem ab omnibus hominibus. Sin demus eidem archiepiscopatui vel parti eius quod curie sine dolo promiserint et pena viginti solidos regales bonos prelecta completuri. Et nos mediatores tribuimus tibi vice similiter ipsius archiepiscopatus recipienti licentiam sine compellatione nos nostrosque heredes pignorare per omnia nostra legitima et illegitima pignora per convenientiam in quocumque nostrum seu in omnibus se tenendi. et alium aliosve nostrum dum volueritis transeundi sic et de nostris heredibus donec prelecta adimpleantur. Est autem predicta petia iuxta vineas predicti archiepiscopatus ab oriente. A meridie iuxta vineas ecclesie sancti sergii. Ab occidente iuxta vineas fraternitatis iamdicti archiepiscopatus. A septentrione iuxta vineas ecclesie sancti mathei apostoli. predictum vero palmentum resedet intus in uno viridiario quod est ecclesie sancti mathei apostoli. Que scripsit Simeon notarius qui interfuit.
Regalis Iudex qui supra Nicolaus trasagustides ·
+ Petrus Falcizzides
+ Rappus mercurii imperialis iudicis filius.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro 1266), documento n. 98

[Page 202]

**XCVIII.**
**Anno 1210.**

Proborum virorum annuendum est piis votis et eorum laudabile propositum et honestum. benignius percomplendum. ut et proficiat in melius devotio eorundem. et ad exequendum deo acceptum opus flagitantor inardescant. Ea propter nos Bartholomeus miseratione divina tranensis ecclesie minister humilis. attendentes[Page 203]

tuum dilecte in cristo fili Silvenotari guttaauri fili iohanms militis civitatis Baroli commendandum propositum cui favorem volumus et debemus benevolum impertiri. obtentu tue devotionis et servitii quod ecclesie tranensi exibuisti et poteris de cetero dante domino exibere. consensu heliut archipresbiteri samari et samari primiceriorum et aliorum tranensis ecclesie clericorum. Ecclesiam quam inspiratus a domino ad honorem ipsius et Beati iohannis apostoli et evangeliste in eadem civitate Baroli in solo proprio de voluntate nostra et licentia expensis propriis construxisti. a iure episcopali tantum prestando tertie partis oblationis vivorum et quarte partis oblationis mortuorum in perpetuo absolvimus et presentis scripti patrocinio communimus. Salvo tamen nobis et successoribus nostris in omnibus aliis iure episcopali. In recompensationem autem tertie vivorum et quarte mortuorum quibus eandem ecclesiam esse volumus absolutam. ipsa ecclesia in festivitate Beati Iohannis apostoli et evangeliste unum bonum skifatum auri tranensi ecclesie singulis annis solvet. Ad cuius rei memoriam atque robur. duo consimilia scripta unum habendum a tranensi ecclesia alterum vero ab eadem ecclesia sancti Iohannis apostoli et evangeliste per manum nicolai tranensis ecclesie presbiteri notarii nostri . . . . . . . . . . . plumbeo tipario nostre ecclesie roborata.
Anno dominice Incarnationis millesimo ducentesimo decimo. mensis ianuarii tertie decime indictionis. Archiepiscopatus vero nostri anno Octavo.

(S) + Ego Bartholomeus miseratione divina
tranensis ecclesie minister humilis.
+ Eliuth tranensis ecclesie Archipresbiter
+ Samarus tranensis ecclesie primicerius[Page 204]

+ Ego Samarus ieracius sacerdos primicerius tranensìs ecclesie
+ Amoruzius rector Sancii petri
+ Ego stefanus sacerdos et prior sancti nicolai peregrini
+ Ego petracca luca sacerdos.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metropolitano della città di Trani (dal secolo IX fino all'anno 1266), documento n. 99



**XCIX.**
**Anno 1210.**

Fredericus divina favente clementia rex Sicilie ducatus Apulie et principatus Capue. Quod fidelium desideriis de regia liberalitate confertur. non minus excellentie regie cedit ad gloriam quam ad profectum provenit subiectorum. Inde est quod cum tu Bartholomee venerabilis Tranensis Archiepiscope. fidelis noster attentius nostre celsitudini per tuum nucium supplicares. ut clausum orti. quod olim magister Berteramus in padula Baroli tenuit. tibi concedere nostra clementia dignaretur. supplicationem tuam benignius admittentes. attendentes quoque fidei tue devotionem. necnon et grata servitia. que maiestati nostre exhibuisti et que nobis gratiora poteris exhibere. de gratia nostra tibi et ecclesie tue predictum clausum orti cum tenimentis. et iustis pertinentiis suis perpetuo concedimus. et donamus. Ad huius autem nostre concessionis. et donationis memoriam et inviolabile firmamentum. presens privilegium per manum Pantalei de Matera notarii nostri scribi. et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri anno mense et indictione subscriptis. Datum in civitate Messane. anno dominice incarnationis millesimo duecentesimo decimo. mense iunii. tertie decime indictionis. Regni vero domini nostri Frederici Dei gratia illustrissimi regis Sicilie. ducatus Apulie et principatus Capue. anno duodecimo. feliciter Amen.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metropolitano della città di Trani (dal secolo IX fino all'anno 1266), documento n. 100



**C.**
**Anno 1211.**
Anno ab incarnatione Domini Nostri ihesu xristi Millesimo ducentesimo duodecimo. decimoquinto die Mensis novembris indictione quintadecima. Imperii vero domini nostri Ottonis dei gratia serenissimi romanorum Imperatoris et semper augusti anno tertio. Ego Boamundus miles filius titidei gatti militis barolitanus civis in . . . . . . . . . . . . . Coram subnotatis testibus. tibi Segnoro tranensi filio nicolai iudicis recipi . . . . . . . . . . . . . . . vice . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . medietate vero nostra et vice aliorum parentum et sortificum nostrorum vo . . . . . . . . . . . . . dedi me fideiussore. ut a modo ad octo annos finitos. ego vel mei . . . . . . . . . . . . . . . vobis vel vestris heredibus unicuique scilicet vestrum sicut tum acciderit predio . . . . . . . . . . . . . bermaticos de octolio unoquoque anno demus vobis in festivitatibus Sancti . . . . . . . . . . . . . ndree mille quingentos quos vobis dare convenimus pro aquis vestris maritimis quas habetis in mari morto. quas michi ad piscandum locastis et tradidistis . . . . . . . . . . . . . . . . . . . per dictum terminum octo annorum. Si vero predictos bermaticos . . . . . . . . . . . . . nno vobis sicut dictum est dare non potuerimus teneamur vobis com . . . . . . . . . . . . . racte solvere annuatim pro ipsis piscibus Solidos imperialium . . . . . quoque curie inde facta reclamaveritis de nostro demus . . . . . nia adimpleamus . . . . . . . . . . . . . . . . . . Liceatque vobis licitis et inlicilis. donec prelecta omnia vobis adimpleantur . . . . . . . . . . . . . . . . . . . Scripsit PALMA notarius qui interfuit.
+ Ista carent dampnis grimaldi scripta Iohannis
+ . . . . . Nicolasius filius gualterii de iana testor
Amen.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metropolitano della città di Trani (dal secolo IX fino all'anno 1266), documento n. 101



**CI.**
**Anno 1212.**
Salutifere incarnationis domini nostri ihesu xristi anno millesimo ducentesimo duodecimo mense februario indictionis quintedecime. Regnante domino nostro Ottone dei gratia invictissimo romanorum imperatore et semper augusto anno primo. Nos Sotikinus de meaune Castellanus Acherontie coram domino Thoma venerabili Gravinensi Episcopo. Samuele eiusdem ecclesie Archidiacono. Iacopo Imperiali iudice. Petro de maiore et malheo Acherontie iudicibus. aliisque bonis hominibus testibus subnotatis. pro salute et honore domini nostri Imperatoris et remedio anime mee et parentum meorum et quia utile et iustum michi visum fuit in his que potuero servire venerabilibus locis. donamus in perpetuo unum furnum apud Acherontiam ecclesie sancte marie de Colonia et coram predictis testibus domino petracce venerabili abati ipsius loci assignavimus et per fustem tradidimus ut a modo predicta ecclesia prenominatum furnum habeat et firmiter possideat sine contrarietate mea meorumque successorum. Et ut hec nostra concessio atque donatio semper firma et stabilis permaneat. per manum Iohannoccari ipsius Civitatis noiarii ad inscriptum redigi iussimus nostraque subscriptione muniri et sigillo nostro cereo roborari. Quod scripsi ego Iohannoccarus publicus Acherontie notarius qui et interfui.

\+ Nos Sotikinus de meaune castellanus Acherontie qui supra
\+ Nos Thomas dei gratia Gravinensis Episcopus subscripsi
\+ Ego Samuel Archidiaconus Gravinensis interfui
\+ Ego Radulfus capellanus domini castellani Acherontie hec scripsi
\+ Ius viget et fas stat ubi censor Iacobus astat
\+ Ego Matheus Acherontie iudex
\+ Signum proprie manus petri de maiore Acherontie Iudicis

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metropolitano della città di Trani (dal secolo IX fino all'anno 1266), documento n. 102



**CII.**
**Anno 1214.**
Bartholomeus miseratione divina Tranensis Ecclesiae minister humilis. Dilectis in xristo filiis Durando Abbati et Fratribus Sancti Samuelis de Barolo Premonstratensis ordinis in perpetuum. Licet de pastorali sollicitudine ac debito teneamur iustas et honestas petitiones adtendere singulorum. et paterna provisione profectibus intendere subiectorum. diligentiori tamen cura illis debemus favorem debitum impertiri. quos et religionis devotio commendabiles efficit. et exornat habitus honestatis. Ea propter Nos attendentes devotionem quam vos circa Tranensem Ecclesiam. cui. Auctore Domino. quamquam immeriti presidemus. et personam nostram geritis. Intuitu religionis vestre. vos et Ecclesiam vestram sub nostram nostrorumque Successornm protectione suscipimus. et de consensu Petri Abbailardi nostri Arcidiaconi. Heliut Archipresbyleri. Samari. et Nicolai Primiceriorum et totius Ecclesiae Tranensis Capituli Statuimus. et presentis scripti privilegio confirmamus. ut Ecclesia vestra. cujus vocabulum est Sanctus Angelus. et Sanctus Thomas Apostolus. in Parochia nostra Baroli constructa. ab omni jure Episcopali prestande tertie partis oblationis vivorum. et quarte partis oblationis mortuorum. et ab omni qualibet exactione sit in perpetuum absoluta. Concedimus et vobis liberam sepulturam. ut sine omni contradictione recipiatis omnes. qui in Ecclesia vestra elegerint sepeliri. nisi excommunicati sint. vel interdicti. Insuper concedimus vobis habere in eadem Ecclesia Cappellanos. qui liberi per Civitatem Baroli et extra salutis viaticum illis prestent. qui ad prescriptam Ecclesiam vestram elegerint sepeliri. et eos ad sepeliendum ibi personaliter portent. Si vero vos memorati Abbas et fratres id facere malueritis. liceat vobis supradicto modo salutis viaticum illis prestare ad quoscunque fueritis invitati. Qui scilicet cappellani

postquam ordinationis et absolutionis sue literas nobis et nostris successoribus exhibuerint. si fuerint boni testimonii cum nostra et successorum nostrorum licentia in eadem Ecclesia vestra recipiantur. qui tamen correctioni et iudicio Tranensis Ecclesie subjacebunt. Nos tamen et Successores nostri debemus. Ecclesiam vestram. altaria et cimiterium consecrare. clericos ordinare. cetera utensilia benedicere. crisma et oleum sanctum vobis gratis et absque omni exactione prestare si expedierit et decens videbitur religioni vestre baptisterium habere. Salva mensa karitative refectionis. que debetur nobis et Tranensis Ecclesie Clericis in die Consecrationis Ecclesie. vel altaris. vel benedictionis Abbatis. Nam idem Abbas. qui in Ecclesia vestra pro tempore debet institui a nobis et successoribus nostris benedictionem recipiet. qui manibus suis in manibus nostris et nostrorum successorum insertis. his verbis faciet nobis obbedientiam. In verbo veritatis et fide xristianitatis. qua Deum triuum et unum credo. et cetera. que saluti omnium expediunt. promitto tibi et successoribus tuis. et Sancte Tranensi Matri Ecclesie. coram Deo et Beata Virgine Dei genitrice Maria. et Sanctis Confessoribus Leucio et Nicolao Peregrino. et omnibus Sanctis. et coram hoc Sancto altari. veram obedientiam et Canonicam subjectionem. Et quia non ero in dicto. facto. consilio. neque consensu. qualiter tu et tui successores et Sancta Tranensis Mater Ecclesia de honore et dignitate quam nunc habet. vel habitura est diminulionem aliquam patiamini. aut injuriam. vel captionem in personis vestris sustineatis. Consilium quod mihi credideritis. vel credi feceritis alicui non pandam ad dampnum Tranensis Ecclesie et vestrum me sciente. Tribus festivitatibus in anno ad Tranensem Ecclesiam causa reverentie accedam. videlicet in festivitate Sancti Johannis Evangeliste. Sancti Leucii. et Sancti Nicolai Peregrini. nisi necessitate prepeditus fuero. vel in aliqua vel aliquibus mihi a vobis fuerit indultum. Vocatus ad Sinodum veniam. nisi canonica prepeditus excusatione. vel a

vobis mihi fuerit remissum. Mitram si impetraverimus illa inter
Ecclesiam meam tantum utar et in Tranensi Ecclesia quando ad
[Page 209]

supradictas festivitates venero. et si contigerit me cum Tranensi Archiepiscopo in aliqua sollempnitate simul esse. Preterea sepedictus Abbas vestro correctioni et judicio Tranensis Ecclesie in his. que per se corrigere non poterit vel noluerit. subiectus erit. In rogationibus et ramis palmarum cappellani Ecclesie vestre ad Majorem Barolitanam Ecclesiam venient ituri cum reliquis Clericis ad processiones. vobis easdem processiones celebrantibus tantum intra septa Ecclesie vestre absque conventu plebis. Item memorati cappellani vestri venient ad capitulum cum ceteris clericis quando nos. vel successores nostri illud decreverimus celebrare. In die Jovis Sancti quando nos. vel successores nostri. vel qui a nobis mittetur Barolum pro facienda absolutione veniemus. Abbas vester nobiscum erit in Ecclesia cum mitra. quandiu nos peracto sermone et absolutione recesserimus. Liceat tamen nobis successoribusque nostris quando voluerimus sive in festivitatibus. sive aliis simplicioribus diebus sine contradictione et molestia Ecclesiam vestram intrare. et verbum Salutis Fratribus in capitulo facere vel ad populum et missam celebrare si voluerimus publice vel privatim absque ulla petitione alicuius prestationis. Si vero contigerit Sponsum et Sponsam de voluntate vestra in vestra Ecclesia benedici. et Archipresbyter. vel Vicarius. vel aliquis Clericorum Trani et Baroli ad hoc fuerint invitati. liceat eis eandem benedicere. Item si Clerici Barolitane Ecclesie vocati fuerint ad aliquem. qui in Ecclesia vestra elegerit sepeliri. pro honore Barolitane Ecclesie cantor ipsius Ecclesie incipiat officium tantum extra Ecclesiam vestram. In Ecclesia vero vestra vos celebrabitis. et Archipresbyter. vel vicarius noster stabit indutus juxta vestrum Abbatem super corpus defundi. Mortuo autem Abbate vestro. vos ejus obitum nuntiabitis Tranensi Ecclesie. deinde ad vestram Ecclesiam redeuntes. de communi consensu fratrum vestrorum electionem celebrabitis. Quod si in facienda electione. suadente humani generis inimico discordes fueritis. cum consilio nostro. vel successorum nostrorum. vel alicuius prudentis persone Tranensis Ecclesie. Si Archiepiscopus non aderit. ad electionis concordiam
[Page 210]

revocabimini. Et sic electum vestrum nobis. vel nostris successoribus confirmandum et benedicendum presentabitis. Licet autem Ecclesia vestra marcam unam Sterlingorum pro censu Tranensi Ecclesie a tempore predecessoris nostri Samari Tranensis Archiepiscopi bone memorie Solvere consueverit annuatim. tantum divino intuitu et religionis vestre obtentu. ac pro peccatorum nostrorum remedio. et quia nos inde Dominus Innocentius Summus Pontifex per suas litteras exoravit. Marcam ipsam in perpetuum vobis remittimus. ut nec nobis nec successoribus nostris liceat ab Ecclesia vestra nomine census marcam exigere memoratam. Salvo tamen. quod ad memoriam omnium predictorum. Ecclesia vestra solvet Tranensi Ecclesie annis singulis in Pascha Resurrectionis dominice. melekinum unum auri pro censu sicut Ecclesia vestra sub tempore Bertrandi predecessoris nostri Tranensi Ecclesie persolvebat. pro ut in privilegio eiusdem Bertrandi Archiepiscopi Ecclesie vestre indulto. qui fuit predecessor predicti Archiepiscopi Samari continetur. Et ne tractu temporis a nostra et posterorum memoria quo prelecta sunt relabantur. duo inde consimilia scripta per manum Dionisii nostre Ecclesie Sacerdotis fieri fecimus. unum habendum Tranensi Ecclesie. alterum habendum Ecclesie vestre. quod tam nostra et capituli nostri subscriptione. quam plumbeo tipario nostre Ecclesie voluimus communiri. Anno Dominice Incarnationis Millesimo ducentesimo quartodecimo. Mense Julio Secunde Indictionis. Nostri vero Archicptscopatus anno duodecimo.

(S) Ego Bartholomeus miseratione divina
Tranensis Ecclesie minister humilis.
+ Ego Petrus Abbailardus Trani humilis Archidiaconus.
+ heliuth Tranensis Ecclesie Archipresbyter.
[Page 211]

+ Samarus Tranensis Ecclesie Primicerius
+ Ego Nicolaus Sacerd. Tran. Ecclese Primicerius
+ Ego Abdenago Tranens. Eccles. Canonicus
+ Ego Pizinacus Sacerdos
+ Ego Rogerius Sacerdos

+ Ego Petrus Sacerdos testis sum.
+ Ego Filippus Sacerdos testis sum.
+ Guido Tranensis Ecclesie Sacerdos.
+ Ego Stefanus Sacerdos et
Prior Sancti Nicolai Peregrini.
+ Ego Petracca Luca Sacerdos.
+ Ego Johannes Sacerdos.
+ Ego Magister Petracca.
+ Amoruzius Tranens. Ecclesie Diaconus.
+ Ego Manfredus Diaconus.
+ Ego Dacettus Diaconus.
+ Pintolus Diaconus testis.
+ Ego Urso Diaconus.
+ Ego Johannes Subdiaconus.
+ Ego Johannes Subdiaconus.
+ Ego Gayderisius Subdiaconus.
+ Ego Durandus Abbas Sancti Samuelis de Barolo
+ Ego Bernardus Prior
+ Ego Jacobus Supprior
+ Ego Guillelmus Sacerdos
+ Ego Helias Sacerdos
+ Ego Adam Succentor.
+ Ego Timoteus Cantor.
+ Ego Guillelmus Sacerdos.
+ Ego Leodegarius Sacerdos et Preceptor.
+ Ego Paulus Sacerdos.
+ Ego Riccardus Sacerdos.
+ Ego Stefanus Sacerdos.
+ Ego Durandus Sacerdos.
+ Ego Geraldus Sacerdos.
+ Ego Robbertus Diaconus.
+ Ego Guido Diaconus.
+ Ego Stephanus Diaconus.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metropolitano della città di Trani (dal secolo IX fino all'anno 1266), documento n. 103

---



**CIII.**
**Anno 1215.**
Innocentius episcopus Servus Servorum dei. Venerabili fratri.
Bartholomeo. Archiepiscopo Tranensi. salutem et apostolicam benedictionem.
Solet annuere Sedes apostolica piis votis. et honestis
petentium precibus favorem benevolum impertiri. Eapropter venerabilis
in Xristo frater tuis iustis precibus annuentes. Rugam Ravellentium
in Trano. et in Barolo terram que stirpetum vulgariter
nuncupatur. sicut eas iuste possides et quiete. tibi et per te Tranensi
ecclesie. auctoritate apostolica confirmamus. et presentis scripti
patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc
paginam nostre confirmationis infringere. vel ei ausu temerario
contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit. indignationem
omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius
se noverit incursurum. Datum Laterani XVIIJ Kalendas Februarii
Pontificatus nostri anno Octavodecimo.
(Vi è il suggello di biombo di Innocenzio III pendente da laccio
di seta.)

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro 1266), documento n. 104

[Page 212]

**CIV.**
**Anno 1217.**
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . anno millesimo ducentesimo octavodecimo. Regnante domino nostro FREDERICO gloriosissimo Romanorum Rege ac semper augusto . . . . . . . . . . . vicesimo primo. octavo decimo die mensis decembris indictionis sexte. Ego Bartholomeus humilis prior monasterii sancte Trinitatis . . . . . . . . . subiectum est cavensi monasterio. Fateor me de comuni voluntate mea et Gualterii trani Siponti et Andri Regalis iudicis . . . . . . . . . imperialis et Regalis iudicis pro parte sua et germanorum suorum et mundelle ac ioanne sororum filiarum mathei. et ipoliti viri . .[Page 213]

. . . . . . . . . . . . . . . . . septem instrumenta quorum unum est ruptum. comunia inter ipsum monasterium et eosdem iudicem et germanos suos et predic. . . . . . . . . . . . . . . . . . continentia tres petias vinearum et arbores olivarum in eis existentes in cluso drusano que fuerunt iohannis de fulinio. Idem . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . imperialis judicis et subscriptis testibus voluntarie guadiam et me mediatorem dedi Gualterio Judici accipienti vice sua et predictorum germanorum suorum . . . . . . . . . . . . . . predicte ioanne uxoris sue et predicte mundelle ut eadem istrumenta tam ego quam mei successores seu pars ipsius monasterii . . . . . . . . . predicti monasterii et omnium predictorum. et quotiens eis nccesse fuerit ea eis seu cuilibet predictorum exhibeamus. . . . . . . . . . . . . . . . . . comunis partis ipsius monasterii prius bonam securitatem de eis infra duorum mensium spatium apud nos seu successores nostros . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . predicto. Sin demus eis que curie sine dolo promiserint. et penaliter viginti solidos regales bonos aureos prelecta completuri . . . . . . . . . . . . . . . . . . me meosque successores seu partem ipsius monasterii pignorare per omnia nostra pignora legibus vetita vel permissa donec predicla ad. . . . . . . . . . . . . . . . . . unum continet quomodo Elena filia otte de perto relicta petracce filii Petri miraioni et Petrus filius eiusdem Petracce et Elene . . . . . . . . . . . . . . . . . . filio Tipaldi tertiam partem trium petiarum. et unius petiole vinee et tredecim arbores olivarum quarum octo sunt in se. . . . . . . . . a parte meridiei et relique quinque arbores sunt in eisdem vineis. cum tertia parte palmenti camere pile et platee sue in cluso drusano . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . ex eis sunt declarata. Aliud continet quomodo Nicolaus filius Petri miraioni et mundelia filia Bisantii . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . duas partes trium petiarum vinearum petiole vinee et tredecim arborum olivarum quarum octo sunt in sepe ipsarum vinearum a parte meridiei cum duabus partibus palmenti veteris. camere. pile ac platee sue in cluso drusano et dederunt ei cum potestate quatuordecim . . .[Page 214]

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . ex eis declarata sunt. Aliud continet quomodo Nicolaus filius Petri miraioni obligavit se per guadiam et se mediatorem iohanni de fulinio filio Tipaldi . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . redierit. transitum facere ad antepositionem ei factam de solario et mediano supra ipsum solarium a predictis Elena et Petro pro defensione. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . Elena et Petro ipsi iohanni vendite non liceat eidem Nicolao vel ejus heredibus quamlibet defensionem obicere cum scripto predicte antepositionis . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . quomodo predictus Kurnicolaus obligavit se Peregrino filio Olle de dandis ei quinque unciis auri tarenorum Sicilie. unde anteposuit ei . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . de predictis tredecim arboribus olivarum. Aliud continet quomodo predicta mundella obligavit se per guadiam . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . predicto Peregrino non intromittendi se in antepositione facta de tertia parte trium petiarum. et unius petiole vinee. et tredecim arborum . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . eadem antepositio eiusdem Peregrini dominio cederet. Aliud continet quomodo predictus Peregrinus filius Otte fassus est Nicolao filio Petri . . . . . . . . . . . . . . .dellam filiam Bisantii

. . . . . . . . . . . . . dedisse predicto iohanni de fulinio duas partes
de tribus peliis et una peliola vinee in cluso drusano et de
tredecim arboribus olivarum in sepe earum existentibus . . . . .
. . . . . . . . . . . de eisdem duabus partibus unam partem ei pro
numero fratrum competentem sibi prius pro. . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . ipsius iohannis de fulinio de
pretio venditionis eidem iohanni facte . . . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . de fulinio cum potestate tria scripta
in eodem scripto declarata. Aliud est obligationis facte . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . tredecim arboribus
olivarum in cluso drusano. Aliud . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . mandizii vendiderunt
petro filio Petracce . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
eum potestate novem scripta. Aliud est instrumentum . . . . . . .[Page 215]

obligationis facte . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
uncias auri tarenorum Sicilie unde anteposuit ei tertiam partem
pro indiviso de vineis drusani . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . . . in cluso pirundolo. Aliud continet quomodo
Roggerius miles baronus Regis filius Menelai olino baronis
Regis. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . miraioni accipientis
vice sua et Sillette ac Kuremarie germanarum filiarum
manditii ereatoris tria scripta cum potestate . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . iohannes Karus filius Petracce et falco filius ursonis
vendiderunt iohanni magistro filio Coni duas petias vinearum
cum. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . sepe earum astantibus.
et unum palmentum cum camera pila ac platea suis in cluso drusano.
Aliud continet quomodo Gual. . . . . . . . . . . . . . . . . .
se iohanni magistro non intromittendi se in duabus petiis vinearum
nec in arboribus cuiuscumque generis in eisdem vineis et in
sepe earum existentibus in cluso drusano. Aliud continet quomodo
iohannes magister filius Coni vendidit Petro filio Petracce miraioni
duas petias vinearum cum arboribus olivarum et aliis arboribus
olivarum et aliis arboribus in eis et sepe earum astantibus.
et uno palmento camera pila ac platea suis in cluso drusano.
Aliud continet quomodo Angelus clericus et medicus filius dardani
dedit Petracce crispo magistro filio iohannis unum scriptum
cum potestate . . . . . . . . . . . . . . . . . . in eodem scripto
declaratum. Aliud continet . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
consimilia scripta istud ad habendum predicto Gualterio iudici et
germanis suis . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . qui interfuit

+ Imperialis . . . . . . . . . . . . . . . . . . Judex
+ Tranentium qui supra Judex brazzialtus
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro
# all'anno 1266), documento n. 105

[Page 216]

**CV.**
**Anno 1221.**

Fridericus divina favente clementia romanorum Imperator semper augustus et Rex Sicilie. Non solum ad Xristicolas sed ad cuiuslibet cultus nobis subditas nationes protectionis nostre munimen extenditur. ut dum quilibet Imperialis protectionis patrocinio defensatur et malignorum vitet incursus. et votive pacis tranquillitate fruatur. Inde est quod nos attendentes universorum iudeorum in civitate trani commorantium devotionem et grata servitia. ipsos et omnia bona eorum sub speciali protectione nostra recepimus confirmantes eis et heredibus suis in perpetuum privilegium quod olim dominus Imperator Karissimus pater noster eis noscitur indulsisse. necnon omnes bonos usus et bonas consuetudines quibus bone memorie temporibus Regis Guillelmi secundi et domini Imperatoris patris nostri recolende memorie uti consueverunt. Insuper ipsis Ebreis indulgemus in perpetuum ut quicunque ebrei ad inabitandum civitate trani venire voluerint et per annum ibidem fuerint commorati. in redditu triginta octo untiarum auri minus tertia quas annuatim tranensi ecclesie tenentur persolvere dare debeant iuxta propriam facultatem. Volumus etiam et firmiter inhibemus ut nulli Xristiani testimonium contra hebreum sicut et iudei contra Xristianum nullatenus admittantur prout inter ipsos predictis temporibus fieri consuevit. Mandamus insuper ut dicti ebrei nisi de predicto redditu de personis et rebus suis servire nemini teneantur et quidem nullo nisi curie tranensis ecclesie debeant respondere. Salvo mandato et ordinatione nostra. Ad huius ?autem protectionis et confirmationis nostre memoriam et robur perpetuo valiturum presens privilegium per manum Guillelmi de Cusentia notarii et fidelis nostri scribi. et sigillo maiestatis nostre iussimus communiri. Anno mense et indictione subscriptis.[Page 217]

Datum tarenti Anno dominice incarnationis millesimo. ducentesimo. vicesimo. primo. mense aprilis none indictionis. Imperii vero domini nostri Friderici dei gratia invictissimi Romanorum imperatoris semper augusti et Regis Sicilie anno primo. et Regni Sicilie vicesimo tertio feliciter amen.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro
# all'anno 1266), documento n. 106



**CVI.**
**Anno 1222.**

Sacrorum canonum instituta et legitime sanctiones ecclesiasticarum rerum dispensatoribus tribuunt certam formam quam ipsi exacta debent diligentia observare. Ideo nos Bartholomeus miseratione divina Tranensis ecclesie minister humilis. Observare cupientes canonica instituta. et volentes cum nostris fratribus. administrationis nostre partiri onera. in presentia domini Sindolfi imperialis et regalis iudicis. et magistri Camerarii. domini Kurialexii magistri camerarii. et omnium clericorum sociorum nostrorum confitemur de omnibus decimis obvenientibus nostre matrici ecclesie de iure pertinere fabrice eiusdem ecclesie integram quartam partem. quam quartam eidem fabrice restituendo concedimus. et perpetuo confirmamus. volumus etiam et ordinamus. ut ad hanc quartam dispensandam ad utilitatem ipsius ecclesie unus de clericis ecclesie a nobis et a capitulo eligatur. qui sicut diximus eandem quartam ad utilitatem ipsius ecclesie fideliter debeat dispensare. Ad cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem. hoc scriptum fieri fecimus. per manum Magistri Tancredi imperialis notarii. et ipsum Tipario nostre ecclesie fecimus communiri. Actum hoc in domibus tranensis archiepiscopatus. in presentia predictorum. Anno ab incarnatione domini nostri ihesu Xristi. Millesimo. ducentesimo. vicesimo secundo. vicesimoprimo die mensis Augusti. indictionis decime. Pontificatus vero domini Honorii pape tertii anno sexto. Et secundo anno imperii domini nostri frederici dei gratia romanorum imperatoris semper augusti. regni vero Sicilie. anno vicesimo

quinto. Presulatus autem nostri. anno vicesimo. unde facta sunt plura scripta consimilia. Et scripsit Magister Tancredus medicus et imperialis notarius qui interfuit.

+ Kurialexis de trano?+ Samarus tranensis ecclesie primicerius
+ Ego nicolaus tranensis ecclesie primicerius
+ Sindolfus qui supra Tranentium Imperialis Judex et Regalis et Magister Camerarius.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro
# 1266), documento n. 107

**CVII.**
**Anno 1225.**
Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator. semper Augustus. et Rex Sicilie. Per presens scriptum notum fieri volumus Universis. quod ex parte venerabilis tranensis Archiepiscopi et capituli sui eiusdem Tranensis ecclesie nostrorum fidelium quoddam patens scriptum clare memorie Regis Wilielmi consobrini nostri fuit nostre Curie presentatum. Quod quia pro diurnitate temporis demolientibus tineis erat vetustate consumptum. ab eis extitit Curie nostre attentius supplicatum. quatinus idem scriptum. eidem Tranensi ecclesie a predicto Rege indultum innovare et de nostra confirmare gratia dignaremur. Cuius scripti tenor talis est. Guillelmus Dei gratia Rex Sicilie. Ducatus Apulie. et Principatus Capue. una cum domina Margarita gloriosissima Regina matre sua, Comitibus camerariis, iustitiariis Baronibus et universis Baiulis,. qui sunt de parrochia et Diocesi Tranensis Archiepiscopatus, fidelibus suis, salutem et dilectionem. Berardus venerabilis Tranensis Archiepiscopus fidelis noster, ostendit Maiestati nostre dicens, quod ecclesia Tranensis privatur a vobis et diminuitur a vobis in iure suo, videlicet de adulteriis, que non permittitis iudicari et corrigi in curia ipsius ecclesie sicut debetur, et de personis clericorum, que a vobis ut layci iudicantur capiuntur et incarcerantur. Quod si verum est admodum nobis displicet. et grave ferimus. Non enim decet neque

volumus. ut ea que ab ecclesia iudicari et coerceri debent. a vobis judicentur vel puniantur. Quare mandamus universitati vestre et precipimus. ut amodo de adulteriis iudicandis. non vos intromittatis. set si quis de parrochia vel dyocesi predicte Tranensis ecclesie. de adulterio accusatus. vel in eo deprehensus fuerit. ad iudicium Curie ipsius ecclesie in qua adulteria ipsa iudicari debent consistat. et a curia eiusdem ecclesie iudicetur et corrigatur. excepto si per insultum et violentiam adulterium committitur. Quod si acciderit. iudicetur ab ecclesia de ipso adulterio. de hoc quod spectat ad iudicium ecclesie. et de hoc quod spectat ad iudicium curie nostre. videlicet de insultu et violentia. iudicetur ab ipsa curia nostra. De personis autem clericorum volumus et iubemus. ut si aliquis clericus totius parrochie vel diocesis predicte Tranensis ecclesie de aliquo forisfacto. de quo persona sua iudicari vel condepnari debeat appellatus fuerit non a vobis neque in curia vestra. set ab ecclesia et in curia ecclesie. de hoc quod ad personam suam spectat. iudicetur et corrigatur. sicut convenerit iuxta canones et ius ecclesiasticum. excepto si aliquis clericus fuerit appellatus de proditione. vel de alio huiusunodi magno maleficio quod spectet contra maiestatem nostram. Quod si acciderit. volumus et precipimus. ut de hoc quod spectat ad iudicium curie nostre iudicetur ab ipsa curia nostra. Si vero aliquis clericus de hereditate vel aliquo tenimento quod non ab ecclesia set a vobis sive aliunde in terris vestris teneat appellatus fuerit. volumus ut in curia illius in cuius terra possessiones vel tenimentum habuerit respondeat. et quod iustum fuerit faciat. non tamen ut persona eius exinde capiatur aut incarceretur. Preterea vobis Baiulis precipimus. ut ad predicta adulteria coercenda. et corrigenda. eidem venerabili Archiepiscopo fideli nostro in quibus opus fuerit auxilium tribuatis.
Data Panormi sextodecimo die mensis marlii Indictionis tertie.
Nos itaque predictorum venerabilis Archiepiscopi et Tranensis capituli supplicationibus favorabiliter inclinati, que precipue iustitiam continebant. illius intuitu cuius nomini ecclesie sunt dicate, de cuius munere vivimus et regnamur, predictum scriptum, predicte

Tranensis ecclesie, ab eodem Rege Guillelmo consobrino nostro indultum, de verbo ad verbum trascribi et innovari precipientes. iliud de innata gratia duximus confirmandum. Salvo mandato et ordinatione nostra. Ad huius itaque innovationis et confirmationis memoriam et stabilem firmitatem presens scriptum fieri fecimus. et sigillo nostro iussimus communiri. anno. mense. et indictione subscriptis. Data in civitate Troie. anno Incarnationis millesimo. ducentesimo. vicesimo quinto. mensis Junii tertiedecime Indictionis.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro all'anno 1266), documento n. 108

[Page 220]

**CVIII.**
**Anno 1227.**

Gregorius episcopus servus servorum dei. Dilecto filio . . . . . . Electo Tranensi. Salutem et apostolicam benedictionem. Ecce venit deus sempiternus ed dominus qui fundavit terminos orbis terre. citans nos in voce Arcangeli. et in novissima tuba ad generale concilium. ut universis impendat suorum stipendia meritorum. labia eius indignatione sunt plena et lingua eius quasi ignis devorans. Quomodo dormientes et amantes sompnia iacentes in lectis eburneis et lasciventes in cubilibus suis diem adventus eius cogitant aut stare poterunt ad videndum ipsum. cum revelabuntur omnia abscondita tenebrarum et infelix impiorum nuditas apparebit. non erit locus ubi lateant miseri nudi stantes ante tribunal Xristi. ut audiant vocem iudicisqui ad vocem obturavere consilii aurem suam. Ad confusionem igitur perpetuam evitandam et declinandos sempiternos ardores ac cruciatus eternos. opertet omnes qui assumpti sunt ad agrum dominicum excolendum. granum a palea flagello debite correctionis excutere. et a fruge dominica zizaniam separare. ne electos contagium tante corruptionis inficiat. et filios dei cum filiis mundi huius hora repentine calamitatis involvat. Quocirca discretioni tue per Apostolica scripta in virtute obedientie districte precipiendo mandamus. quatinus omni mora et occasione postpositis[Page 221]

primo incipiens a te ipso torporem desidie et negligentie teporem omnimodo deponendo. ne bovis stercore lapidatum incipiat te dominus vomere de ore suo. viriliter arma spiritualia gladium et ignem assumens incipias parietem fodere. ut appareant genimina viperarum. et radius lucis vibretur interius. et ad vindictam exigat umbram mortis. moniales et monachos. canonicos regulares et seculares ac alios clericos Tranensis diocesis efficaciter corrigens tam in capite quam in membris. Cum autem Prelati ecclesiarum sepe propter occupationes multiplices seu occasiones alias non sufficiant ministrare populo verbum dei. et statutum ob hoc fuerit in concilio generali. ut ad sancte predicationis officium salubriter exequendum viri assumantur idonei potentes in opere ac sermone. qui plebes sollicite visitantes eas verbo edificent et exemplo. aliquos de clericis Tranensis diocesis tibi associare procures. qui tui cooperatores et coadiutores in quibus expedit existentes. tam verbo predicationis quam visitationis officio tibi suffragium convenienter impendant. ut tua et ipsorum sollicitudine muri Ierusalem e Templum domini reparentur. Si vero quicquam difficultatis emerserit quod videatur per te ac clericos ipsos expediri non posse. illud ad sedem apostolicam referre procures. Nos enim in hiis pro ut opportunum fuerit tibi efficaciter assistemus. et necessarium impendemus auxilium et favorem. Quod si negligens fueris super his que mandamus. cum securis ad radicem infructuose arboris sit ponenda. gravem penam poteris tamquam qui ex hoc te reddis nimis culpabilem. non immerito formidare. Quare volumus et mandamus. ut per te ac eosdem clericos ad nos quecumque facta fuerint plenius referantur. Datum Laterani III idus Decembris Pontificatus nostri Anno primo.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metropolitano della città di Trani (dal secolo IX fino all'anno 1266), documento n. 109



**CIX.**
**Anno 1228.**

Gregorius episcopus servus servorum dei. venerabilibus fratribus . . . . andrensi. et . . . . vigiliensi Episcopis. Salutem et apostolicam benedictionem. Venerabilem fratrem nostrum. Tranensem Archiepiscopum cui de manu nostra munus consecrationis impendimus cum gratia et favore nostro ad sedem propriam remittentes. fraternitatem vestram monemus. et hortamur attente. per apostolica vobis scripta firmiter precipiendo mandantes. quatinus ipsum . . . . . . . ylariter. et tamquam metropolitano impendatis obedientiam et reverentiam debitam et devotam. salubribus monitis et mandatis ipsius humiliter obsequendo. ita quod vos merito diligere teneatur. et nos devotionem vestram possimus in domino commendare. Alioquin sententiam quam rite tulerit in rebelles. ratam habebimus et faciemus auctore deo inviolabiliter observari. Datum Laterani XVIIJ Kalendas februarii Pontificatus nostri anno Primo.

(Vi è il suggello di piombo di Gregorio IX pendente da cordicella di canape.)

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro
# 1266), documento n. 110



**CX.**
**Anno 1232-1213.**
Anno millesimo ducentesimo trigesimo secundo incarnato ihesu Xristo domino nostro et duodecimo anno ipsius domini nostri Frederici magnifici imperatoris semper augusti et regis Sicilie tricesimoquinto anno regni Sicilie ac italie et septimo regni hierusalem octavo mensis augusti quinte indictionis. Residente me Demetrio Imperiali iudice cum aliis probis viris dominus Petrus monacus et humilis prior monasterii Sancte marie de Colonia parum longe a civitate trano veniens de mandato domini Petracce venerabilis

eiusdem monasterii abbatis ostendit unum instrumentum in quo nomen invasoris regni videtur appositum petens ipsum renovari secundum sacram imperialem. constitutionem. Ego autem videns ipsum instrumentum non abolitum non cancellatum non in aliqua parte sui innovatum. sed carens omni vitio et suspicione tam in contestu continentie principalis quam in subscriptione testium. ipsum per manum Severini trani publici notarii renovari iussi. cuius continentia talis est. Anno salutifere incarnationis domini nostri ihesu Xristi millesimo ducentesimo tertiodecimo vicesimo tertio die mensis madii indictione prima. Ego iordanus filius iordani civitatis trani. Coram presentia Romoaldi imperialis iudicis et subscriptis testibus. inter plura mee dispositioni inserta dimitto pro anima mea ecclesie Sancte Marie de colonia unam domum cum turre prope coniuncta a parte maridiei. Que est in porta nova ubi habitat Johannettus. et est ab oriente extra parietem iuxta parietem domus damiani filii . . . . . . . a meridie extra parietem turris iuxta viam. ab occidente a medio pariete iuxta domum iohannis filii iudicis trasagusti. a septentrione extra parietem et super portam iuxta viam publicam. Ad cuius ecclesie securitatem hoc particulare scriptum ex eiusdem testamenti serie declaratum fieri mandamus. Quod instrumentum scripsit vincentius notarius eoquod interfuit. et erat subscriptum a romoaldo imperiali iudice et a iordano filio iordani de filius petri de protospataro.
Et ego Severinus trani publicus notarius de verbo ad verbum de mandato predicti iudicis Demetrii declaravi et renovavi et in hac puplica scriptura redegi secundum quod in imperiali Sacra constitutione scriptum continetur.
+ Imperialis tranentium iudex qui supra Demetrius.
+ Benedictus testatur Corradi filius vocatur.
+ ego thomas Imperialis . . . . . . .
Urso severini filius.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro
# IX fino all'anno 1266), documento n. 111

[Page 224]

**CXI.**
**Anno 1236.**

Frater Petrus dei gratia humilis Salpensis Episcopus. venerabilibus fratribus dompno Landulfo Reverendo Abbati et conventui sancte marie de Arabona Cisterciensis ordinis. salutem in perpetuum. Ex pontificali nobis officio celitus collato. singulorum iustis petitionibus tenemur parere et maxime ad petitiones religiosorum virorum aures nostras nec possumus nec debemus aliquatenus opturare. qui dimissis secularibus oblectamentis amore dei. et spe eternorum gaudiorum ad religionis propositum se contulerunt. Religio namque adeo eis favorabilis est quod licet generali iure res ecclesiastice alienari non valeant. ob favorem tamen religionis. secundum sanctiones sacrorum canonum alienari. et venerabilibus religiosis locis conferri misericorditer permittuntur. Nos igitur frater Petrus prenominatus Salpensis episcopus hac dispensatione compulsi. et zelo Karitatis ob favorem religionis astricti. communi voluntate et consensu Barlholomei Archidiaconi. et martini Archipresbiteri. aliorumque confratrum et canonicorum nostrorum. astante nobiscum Johanne de Comestabulo loco nostri advocati. presentibus quoque Guerrasio Salparum Imperiali Judice et subscriptis testibus. vobis prescriptis dompno Landulfo venerabili Abbati et conventui sancte marie de Arabona vestrisque successoribus. quandam ecclesiam nostram beate margarite a nobili muliere domina Sibilla quondam domini Boamundi filia. auctoritate et concessione nostra fundatam. ad utilitatem et commodum iamdicte ecclesie vestre donamus atque tradimus. confirmando etiam donationem atque traditionem de predicta ecclesia factam olim per venerabilem predecessorem nostrum Paganum. et in perpetuum inconcusso iure. concedimus. et eam speciali quodam privilegio ob favorem religionis communiri dignum duximus. Liceat igitur vobis vestrisque posterioribus cappellanos sub statuta mercede vel alia honesta causa in prephata ecclesia servituros eligere. et electos[Page 225]

nobis rei nostris successoribus presentare. qui curam et admmistrationem spiritualium rerum a nobis canonice recipient. super quibus obedientiam consecrationem et ius ponlificiale integre nostre matrici ecclesie beati Nicolai reservamus. qui sanis et egris penitentiam et eucharistiam libere tribuant et per parrochiam nostram pro mortuis sepeliendis in cimiterio suo crucem sine impedimento nostre ecclesie deferant Et quicquid a decedentibus vestre ecclesie relictum fuerit vel a sanis et egris ibidem oblatum fuerit libere accipiant. salvo iure nostri episcopatus. quod de consuetudine Salpine Civitatis habemus. idest quarta parte de universis parrochianoram nostrorum et extraneorum tam circa res mobiles quam immobiles iudiciis. Sane si cappellani ecclesie vestre oblati fuerint obedientiam nobis non facient. Conservata vobis vestrisquo posteris cohercitione et plena correctione. tam clericorum quam laicorum et oblatorum ecclesie vestre. subtracta penitus potestate cappellanis oblatis ingrediendi parrochiam nostram pro spiritualibus ministrandis. Clerici vero eiusdem ecclesie. ad festum beati Nicolai et ad generales processiones et letanias vocati si voluerint veniant. sine cohactione a nobis. vel nostris successoribus eisdem facta. Verumtamen per se generales processiones vel letanias per nostram parrochiam facere numquam presumant. Nos quoque ad festum beate margarite non veniemus nisi a vobis vel a cappellanis vestris vocati fuerimus. Et si taliter veniemus. oblationum tertiam partem habebimus. Excommunicatos et interdictos nostros suscipere non presumatis. Consecrationes quaslibet. et ordinationes vestrorum clericorum ab ecclesia nostra suscipietis. Et si ecclesia nostra suum exequi officium canonice noluerit a quocumque volueritis ecclesiasticos ordines. et ceteras consecrationes ecclesia vestra recipiat. Pro decimis itaque. primitiis. et rebus derelictis ecclesie vestre a quibuslibet. in festivitate beati Nicolai sex tarenos aureos nomine census matrici ecclesie Salpine annuatim solvetis. Insuper concordiam et amicabilem compositionem secundum quod canonice est statuta inter ecclesiam

nostram. et monasterium de arabona predictum. per magistrum[Page 226]

Bartholomeum Archidiaconum nostrum. et dompnum Landonem monacum monasterii vestri coram venerabilibus episcopis melfiensi et Rapollano super hoc iudicibus delegatis a summo pontifice super quodam olibano. rebus magistri nicolai quondam magistri dompni Cancellarii. rebus dompni Amirati. et censu ecclesie sancte margarite iamdicte sicut plenius continetur in instrumentis inde confectis coram predictis iudicibus delegatis. roboratis subscriptionibus et sigillis predictorum iudicum episcoporum confirmamus. ratam et firmam habemus. Denique ut hec nostra concessio firma et inviolabilis in posterum perseveret nec a nemine aliquatenus valeat removeri. contra omnes presumptores. et contra huius nostre concessionis seriem contrario ausu venire attemptantes anathematis sententiam iaculamus. Et ad maiorem cautelam et robur perpetuo valiturum huius nostre concessionis instrumentum fieri fecimus per manum Leonardi salparum notarii. subscriptione nostra. predictorum Arcidiaconi. Archipresbiteri. aliorumque confratrum et canonicorum nostrorum. necnon et subscriptione nominati iudicis et testium qui interfuerunt roboratum. Actum in Civitate Salparum Anno dominice incarnationis ihesu xristi millesimo ducentesimo Tricesimo sexto. Imperante dompno nostro Federico dei gratia secundo Romanorum Imperatore semper augusto Jerusalem et Sicilie illustrissimo Rege Anno sextodecimo Imperii sui. Regni Jerusalem anno undecimo. et Regni Sicilie anno Tricesimo nono feliciter. die veneris vicesimo tertio mensis madii. indictione nona. Et ex hoc contractu duo consimilia instrumenta fieri fecimus. unum nobis et alterum vestre ecclesie ad habendum. Quod breve scripsi. Ego predictus Leonardus publicus Salparum notarius qui interfui.

(S) Ego qui supra frater Petrus dei gratia humilis Salparum Episcopus.
Ego bartholomeus salparum ecclesie archidiaconus con. . .
+ Ego Guerrasius qui supra Imperialis Judex.
+ Ego Pascalis miles.[Page 227]

+ Ego martinus eiusdem ecclesie archipresbiter testor.
+ Ego Sacerdos Nicolaus eiusdem ecclesie primicerius testor.
+ teste deodato lector prelecta probato.
+ testis sis veri michi petri nate Rogeri.
+ Rogatus presenti signat iacobus beneventi.
+ Ego Sacerdos tholomeus eiusdem ecclesie primicerius testor.
+ Ego Sebastianus sacerdos et canonicus testor.
+ Ego carus leo canonicus ecclesie testor.
+ ego urso sacerdos et canonicus testor.
+ ego bisancius sacerdos et canonicus.
+ ego zaffirus sacerdos testor.
+ Ego presbiter leonardus Canonicus Sacrista et notarius testor.
+ ego dompnus trixtanus sacerdos testor.
+ ego dompnus ioannes de leonardo.
+ ego dompnus ioannes sacerdos.
+ ego thomasius . . . . . . . .
+ tholomeus diaconus et canonicus.
+ ego iacobus canonicus et diaconus.
+ ego iohannes . de comestabulo. testor.
+ hoc. thome. notarius. Guillelmus firmo. Rogatus.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro
# 1266), documento n. 112

---

**CXII.**
**Anno 1236.**

Gregorius episcopus servus servorum dei. Venerabilibus fratribus . . . . . . Archiepiscopo Tranensi et Suffraganeis suis Salutem et apostolicam benedictionem. Exeamus ad iehsum secundum apostolum extra castra improperium eius portantes, ut videlicet ipsius opprobrium proprium reputemus; quasi nobis ipsis illatas sibi iniurias extimantes; ut sicut ipse defectus nostros nascendo sustinuit et dolores moriendo portavit dum nascendo minoratus est paulominus ab angelis ac seipsum exinanivit, servi formam accipiens in similitudine hominum factus et habitu inventus ut homo, ac moriendo captus, tractus, vinctus, cesus, illusus alapis, crucifixus,

mortuus, lanceatus extitit et sepultus; sic quamquam non sit similitudo creature ad creatorem, ut tamen aliquid retribuamus saltera ei pro omnibus que retribuit ipse nobis, iniuria nos tangat ipsius ut subveniamus pauperi iehsu xristo; ad relevandas contumelias quibus ei a fidei nostre hostibus exprobratur, insultantibus ipsis et dicentibus si filius dei es salvum facias templum siquid potes; libera terram nativitatis tue de manibus nostris; et crucis cultoribus restituas crucem tuam. Certe ignominia est populo xristiano quod ille rex regum qui fecit omnia de propria sede pulsus, pro nostris facinoribus terram que hereditatis sue funiculus est amisit; in qua corporaliter visus est cum hominibus conversatus; et in qua universa redemptionis nostre sacramenta patravit. Oh quam anxie clamaret apostolus hodie si nunc in mundo maneret ; exeamus ad iehsum extra Castra improperium eius portantes, forte diceret exeamus exemplo Abrae de terra, domibus, et cognatione nostra corporali et mistica, ut eamus in terram illam olim inclitam et xristi sanguine consecratam; ut expulsis exinde cum dei adiutorio amorreis; cum iuda machabeo montem syon ascendamus mundare sancta et renovare coronis ornantes aureis Templum domini dei nostri. Clamat etiam ipse xristus qui vult venire post me abneget semetipsum, et tollat crucem suam et sequatur me. quasi dicat bellum instat, acies castrorum dispono, ergo qui meus est me sequatur. Qui enim vult venire mecum ad gloriam, me sequatur ad pugnam, quia qui vult regnare, oportet et compati quamquam non sint condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam, quam in nobis credimus revelandam. Clamat nichilominus illa miserabilis ierusalem mater nostra; que merito peccatorum nostrorum bibit de manu domini calicem ire eius, suas nobis exponens angustias, et in sui doloris remedium a nobis affectus expetens filiales; si forte tristemur cum ipsa et doleamus si eam diligimus vitam eius. Quis enim est qui non tam validis clamoribus excitatus ad vindicandas xristi sui tam atroces iniurias se accingat? Numquid non rei proditionis apud dei filium erimus, si ad eruendam terram de manibus iniquorum ad eum ex

patris eterna donatione, qui gentes in hereditatem et possessionem terre terminos sibi dedit, ac matris de regali prosapia descendentis successione hereditaria pertinentem non totis viribus laboremus? Non est quidem novum quod terra illa iudicio divino percutitur, sed nec est insolitum, ut flagellata, et castigata fanetur. Nam poterat eam dominus sola voluntate servare, sed forsitan voluit experiri et in notitiam ducere aliorum siquem tangeret eius iniuria et ad ipsam ulciscendam se aliquis prepararet. licet autem ad recuperatione ipsius terre multum laboraverit hactenus populus xristianus, licet multi principes orthodoxi assumpto crucis signaculo ut hereditatem domini de manibus eruerent iniquorum ad partes transfretaverint transmarinas, licet quamplures quos in hostes zelus divine legis armaverat in manibus traditi persequentium, adhuc forsitan ferreis detineantur compedibus et squallore carceris macerentur; licet non pauci faciente cum eis domino signum in bonum calicem gustaverint passionis et martirio fuerint coronati; nondum tamen exigentibus culpis populi xristiani, tante voluit dominus miserie misereri; illo dante forsitan occasionem vel causam, quod etsi ad tempus circa hoc ferbuerit devotio xristiana in tempore tamen tepuit fervor eius, et sic non continuatis presidi is, defectum passa est graviter causa xristi. Cum igitur treuge cum sarracinis inite modico sint tempore durature; ne si quod absit inveniatur xristiana professio imparata, verendum sit quod non solum difficilis terre recuperatio iam amisse; verumtamen desperabilis retentio sit retente; cupientes acies dominicas instaurare,

ac per continuata presidia xristi negotio provideri; de fratrum nostrorum consilio militiam xristianam in partibus transmarinis que iugiter contra hostes fidei prelium domini prelietur, ad minus usque ad decem annos providimus instruendam, de fidelium elemosinis subsidium continuum habituram. Ut autem quod intendimus melius et efficacius impleatur exemplo apostoli qui collectas faciebat in gentibus ut mitteret illas fratribus egentibus in Ierusalem, sic super hoc duximus providendum; ut quilibet qui xristiana professione censetur, tam masculus quam femina, tam clericus quam[Page 230]

laicus, et tam subditus quam prelatus, conferat qualibet septimana saltem unum denarium in hoc opus; per manus eorum qui ad hoc electi fuerint in subsidium eiusdem militie convertendum, hiis dumtaxat exceptis qui suscepto crucis caractere sunt illuc personaliter profecturi, ad quod fideliter exequendum; in qualibet Civitate vel Castro, villa vel vico assumantur duo; unus videlicet clericus per episcopum, et alter laicus per dominum vel rectorem terre seu locorum Communia, fideles et idonei timentes deum, qui recipiant sic oblata, et ne forte illum cuius est negotium contingat decipi vel fraudari; in fine cuiuslibet mensis, fiat per eosdem clericum et laicum in publico presentibus bonis viris et deum timentibus ratio de receptis; ut sciatur quod et quantum in opus huiusmodi sit collatum, adhibito illo cautele studio, ut de hiis nichil omnino depereat, sed totum ad opus dicte militie integre conservetur, ita ut si de loco illo crucesignati aliqui ad partes transfretaverint supradictas, illis prius et potius in transmarinis partibus de ipsa debeant pecunia stipendia provideri, et in fine cuiuslibet anni coram loci episcopo fiat exinde ratio generalis, ut per locorum episcopos receptorum quantitas Romano pontifici exponatur; que consignata fideliter et deposita per illos qui ad hoc deputati fuerint illuc plenarie transmittatur. Confidimus autem in domino et in potentia virtutis eius speramus; quod si usque ad premissum tempus huiusmodi presidium indeficiens instauretur, reedificabuntur Civitates et Oppida, et in eis habitatoribus constitutis, terra manuteneri poterit dante domino et defendi. Ideoque fraternitatem vestram rogamus monemus et hortamur in domino per apostolica vobis scripta districte precipiendo mandantes; quatinus singuli commissos vobis populos moneatis attentius et efficaciter inducatis, in remissionem eis peccaminum iniungentes; ac obsecrantes per patrem et filium et spiritum sanctum, et per aspersionem sanguinis iehsu xristi, ut sicut convenit attendentes qualiter transeunt universa, prout unusquisque destinabit in corde suo quod de gratia petimus non ex tristitia aut ex necessitate domino evolvendo; datores ilares se ostendant. Porro quamvis id modicum[Page 231]

pro unigenito dei filio a singulis de gratia requiramus; necessitatem tamen alicui non imponimus quin possit in Gazophilacium domini maiora reponere, sed quanto cuiquam dominus contulit ampliora tanto ei retributionis equitate pensata, debet quilibet maiora devotionis insignia exhibere, nec dubitent dare illi terrena et pauca brevique tempore duratura qui eis contulit universa; que sive volentes sive nolentes nesciunt quibus sint heredibus relicturi, pro quibus illa bona dantibus sunt promissa, que nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt. Nos enim de omnipotentis dei misericordia, et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus vere penitentibus et confessis qui hanc elemosinato in hoc opus tam pium et laudabile prout dictum est superius duxerint conferendam; duos annos annis singulis de iniuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus. Illis autem qui non solum hoc sed maiora pro subsidio predicte militie domino inspirante contulerint; iuxta quantitatem subsidii et devotionis affectum, ampliorem concedimus veniam peccatorum. Volumus nichilominus et mandamus ut studiose proponatis commissis vobis populis verbum crucis, pro ut in aliis nostris litteris est expressum. Data Perusii XII Kalendas Augusti. Pontificatus nostri anno Nono.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro
# 1266), documento n. 113

[Page 231]

**CXIII.**
**Anno 1238.**

Anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo octavo. Imperante domino nostro Frederico Gloriosissimo Romanorum Imperatore semper augusto et Rege Sicilie anno octavo decimo. Regni vero eius Sicilie anno quadragesimo primo. et Regni Ierusalem anno terciodecimo quintodecimo mensis aprilis undecime indiccionis. Nos Mancusus filius petracce notarii de mancuso et Bellaccurscia filia vir et uxor civitatis trani. infirmitate oppressi. nec minus senectute gravati. propter que. humane fragilitatis condicionem considerantes quia punctus est quo vivimus[Page 232]

et puncto morimur et eo maxime quia peccatis nostris exigentibus filios non habemus. secularibus postpositis deo servire cui regnare est proposuimus. et personas nostras et omnia bona nostra. a deo nobis concessa. pro peccatorum nostrorum remedio. deo et fraternitati ecclesie sancti Iohannis. que est iuxta maiorem tranensem ecclesiam duximus offerenda ut cum ipso in xristo letari et ab ipso indulgenciam consequi mereamur. Presentibus igitur Guisando Imperiali iudice trani. mandicelo filio luperisi. Parisio filio Leucii militis de Sindolfo. et filippo filio maraldizzii nauclerii subscriptis testibus ad hoc specialiter convocatis. Consentientibus in omnibus michi que supra Bellaccurscia eodem Mancuso viro meo. Leucio filio Tedelperti imperialis et regalis iudicis. et iohanne filio Eustasii tranensis catepani. et petro trani plateario eo quod parentibus careo. Licencia quoque eiusdem iudicis me legaliter inquirentis. Bona nostra ingenita voluntate. voluntarie per fustim tradentes. Offerimus inter vivos tradimus et donamus vobis dompno maraldo presbitero filio nicolai de iudice maraldo. Samaro clerico filio Zitumelis predicte matris tranensis ecclesie canonicis. magistris. et procuratoribus. fraternitatis predicte ecclesie sancti iohannis. que est iuxta predictam matrem tranensem ecclesiam vice eiusdem ecclesie sancti iohannis et predicte fraternitatis recipientibus. unam domum nostram magnam orreatam in qua habitamus. et aliam domum nostram terraneam que est iuxta ipsam casam intus in predicta civitate trane existentes. necnon et quatuor pecias vinearum et ordines sex ex arboribus et olivis . . . . . . . . . . . palmento pila ac plateis suis quod est in una ipsarum petiarum. et quadraginta et unam arborem olivarum mearum existentes in lama et super lamam in loco spinazzo. terras et omnes alias res nostras tam stabiles quam mobiles. quas habemus in trano vel extra tranum. vel alibi ubicumque. et ego quidem qui supra mancusus tradidi et donavi vobis sicut dictum est tres partes omnium predictarum rerum vel si plus michi in eisdem rebus habere pertinet et ego quidem que supra Bellaccurscia tradidi et donavi vobis similiter sicut dictum est quartam partem omnium[Page 233]

predictarum rerum vel si plus michi in eisdem rebus quoquo iure rei modo habere pertinet. Quatinus a presenti heedem res a nobis vobis in predicto modo oblate penitus sint in potestate eiusdem ecclesie sancti iohannis et predicte fraternitatis ad faciendum de eisdem quicquid voluerit. Stabile vero cum inferioribus et superioribus introitibus et exitibus suis omnibus infra se habitis et contentis. Ex qua dacione nil querimus preter missas et oraciones ad dominum pro animabus nostris. Guadiam quoque et nos mediatores vobis dedimus vice eiusdem ecclesie et predicte fraternitatis sancti iohannis recipientibus. ut contra hanc oblacionem et dacionem nullo tempore veniamus. et in nichilum contraire temptemus. sed eam firmam et ratam perpetuis temporibus habeamus. et omnia que et qualiter superius dicta sunt et dixtincta. dolo et fraude cessatis adimpleamus. et observemus et defendamus eidem ecclesie et predicte fraternitati. eandem dacionem et oblacionem ab omnibus hominibus. Maioris quoque securitatis causa per eiusdem fustis tradicionem dedimus vobis vice eiusdem ecclesie et predicte fraternitatis recipientibus potestatem inquirendi et vendicando omnia scripta et munimina eidem oblacioni pertinenda.

cum quibus scriptis et muniminibus si qua vendicaverint. liceat eis agere causare et omnia cum eis ac de eorum continenda facere defendenda seu vendicanda eis eandem dacionem ab omnibus hominibus sicut et a nostris heredibus. et si necesse fuerit illa eis firmari faciamus. si vero noluerint remittant apud nos si qua ex predictis scriptis seu muniminibus vendicaverint facturi ipsis bonam securitatem de eis infra duorum mensium spacium apud eos sanis ac salvis remittendis ad habendum illa semper ordine predicto. et nos defendamus eis eandem dacionem et oblacionem ab omnibus hominibus sicut dictum est. Sin demus eis quod curie pro hiis ex parte predicte ecclesie et fraternitatis promissum fuerit et penaliter quinquaginta augustales aureos bonos predicta completuri. Et nos mediatores tribuimus eis licendam sine compellacione nos nostrosque heredes pignorare per omnia nostra pignora licita vel illicita donec prelecta adimpleantur. Primo dicta[Page 234]

vero domus magna et altera domus terranea que est iuxta eam sicut sunt coniuncte his finibus congirantur. extra parietem iuxta viam vicinalem et iuxta curtem coninem et iuxta domum domine Churemarie relicte nicolai de coripalato. et extra parietem et strictolam iuxta casas domine Altrude filie iohannis et relicte bartholomei domini Citi. et extra parietem iuxta curtem coninem et a medio pariete iuxta domos Churemarie filie bartholomei uxor iohannucci et inantea iuxta casile ipsius Churemarie et terrulam meam. et a medio pariete iuxta domum discopertam Iudicesse filie ursonis ferrapane notarii. una autem ex predictis pecciis vinearum extra sepem iuxta carrariam et iuxta vineas predicte matricis tranensis ecclesie. et iuxta peciam vinearum ecclesie sancti petri et iuxta aliam pecciam vinearum nostrarum. alia vero peccia vinearum iuxta quam predicti sex ordines vinearum sunt iuxta primo dictam peciam. et iuxta predictas vineas archiepiscopatus tranensis. et iuxta vineas filiorum sillitti de churnicolao. et extra sepem iuxta viam et iuxta vineas sillitti et bisancii germanorum filiorum Risandi. Alia vero pecia in qua est predictum palmentum est a medio limite iuxta vineas predicti bisancii filii risandi. et iuxta predictas vineas filiorum predicti sillitti. et extra sepem iuxta viam et iuxta predictas pecias vinearum a nobis ipsi fraternitati oblatis. Reliqua vero pecia vinearum que dicitur de splecca est iuxta vineas predictorum filiorum Risandi et iuxta alteras vineas nostras ipsi fraternitati oblatas et iuxta vineas predicti bisancii filii risandi. de predictis autem arboribus olivarum. viginti arbores sunt in uno viridiario quod est iuxta terram cum arboribus olivarum marotte filie Guilielmi de gariofalo. et iuxta terram cum arboribus olivarum Roberti de bono homine et iuxta terram que fuit luponis de iohanniccio et iuxta terras demetrie filie Gallici et iuxta terram predicte marotte. tres autem arbores ex reliquis arboribus olivarum. una est in terra petri de nando et due sunt in una terrola nostra ipsi fraternitati oblata. que terrola est iuxta terram dompni Sergii primicerii et iuxta desertum ecclesie sancti simeonis. Alie vero tres arbores olivarum sunt in terra tranensis archiepiscopatus[Page 235]

et terra monasterii sancte scolastice. una autem arbor est in terra que fuit iohannis Cannelle iuxta viam. due autem arbores sunt in terra Leucii filii russonis cornicelli. que terra est iuxta terram Gualterii militis. Alie vero tres arbores olivarum sunt iuxta terram predicti Leucii. relique vero novem arbores olivarum sunt in ralla predicte lame que lama est eiusdem Leucii Siriursonis.
Que scripsit rogerius Imperialis notarius qui interfuit
+ Guisandus Imperialis trani iudex
+ Ego mandizzius. filius lupurisi. testis sum
+ Ego. parisi. filius. leuci. de sindolfo.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro 1266), documento n. 114

[Page 235]

**CXIV.**
**Anno 1241.**

Anno dominice Incarnationis. Millesimo ducentesimo quadragesimo primo. Imperante domino nostro Frederico dei gratia Gloriosissimo Romanorum Imperatore Semper Augusto et Rege Sicilie Anno vigesimo primo. Regni vero eiusdem Sicilie Anno quadragesimo quarto. Regni Jerusalem Anno sextodecimo. vicesimosecundo mensis aprilis quartedecime Indictionis. venientes ante presentiam Samari trani Imperialis Judicis Churialexius de porticella filius Churialexis de porticella et Judex mei filius sindolfi militis de lama. doanerii trani. presentibus etiam. Simeone iohannis de magistro milo. Eustasio filio pandolfi et iohannoccaro maraldi de octaviano testibus ad hoc specialiter convocatis. Ostenderunt literas Egregii viri dompni petri Gastaldi magistri procuratoris in Apulia. Continentie infrascripte. Prudentibus viris doaneriis trani dilectis amicis suis. petrus Gastaldus salutem. et amorem sincerum. pro parte venerabilis tranensis Archiepiscopi fuit expositum Imperiali curie Coram nobis. quod cum tranensis Ecclesia temporibus felicis dominii Regis Guilielmi usque nunc consueverit recipere a doaneriis trani quamdam quantitatem cere. vos ceram ipsam sicut percipere consuevit et debet eidem Ecclesie dare sicut asserit denegatis.[Page 236]

Quare vobis ex imperiali parte mandamus quatenus si est ita. ceram quam eadem ecclesia temporibus felicis dominii Regis Guilielmi predicti et usque nunc a doaneriis percipere consuevit et debet. dicto venerabili tranensi archiepiscopo iuxta formam imperialis mandati quod inde asserit se habere. de proventibus curie qui sunt per manus vestras integre persolvatis et recipiatis ab eo exinde apodixam. datum trani vicesimo secundo decembris quintedecime indictionis. ad cuius executionem mandati volentes predicti doanerii procedere ut eis constaret quod temporibus felicis dominii Regis Guilielmi et usque nunc consuevit percipere tranensis Ecclesia quamdam quantitatem cere ut sic de mandato eiusdem domini petri Castaldi venerabili tranensi archiepiscopo debetur solvere. Coram presentia eiusdem iudicis et testibus superdictis. cum Requireretur a dompno Rogerio procuratore ipsius dompni archiepiscopi quod constaret. ut eis pro parte eiusdem dompni archiepiscopi fidem faceret. qualiter tranensis Ecclesia temporibus felicis dominii Regis Guilielmi et usque nunc. consueverit percipere a doaneriis trani quamdam quantitatem cere. dictus dompnus Rogerius procurator eiusdem dompni Archiepiscopi. testes omni exceptione maiores. coram presentia eiusdem iudicis. ad probandum qualiter tranensis ecclesia temporibus predicti dompni Regis Guilielmi et usque nunc a doaneriis trani consueverit percipere quamdam quantitatem cere. produxit. Quorum nomina sunt hec et depositiones. dompnus iohannes primicerius tranensis maioris Ecclesie iuratus el interrogatus si sciret quod maior tranensis ecclesia temporibus felicis dominii Regis Guilielmi et usque ad hec tempora consueverit percipere a doaneriis trani quamdam quantitatem cere. dixit quod sic. interrogatus quam quantitatem. dixit duodecim degalitra qui sunt modo quadraginta octo rotuli. interrogatus qualiter sciret dixit quod vidit et interfuit quando doanerii trani tempore dicti dompni Regis Guilielmi et aliorum dompnorum usque ad hec tempora persolverunt dicte Ecclesie dictam ceram. interrogatus quis percipiebat dictam ceram pro parte dicte Ecclesie. dixit quod sacrista. dompnus pintulus iuratus et interrogatus[Page 237]

dixit idem. dompnus Johannes de cannis iuratus et interrogatus dixit idem. dompnus philippus iuratus et interrogatus dixit idem. dompnus urso iuratus et interrogatus dixit idem. Magister Rogerius prothomagister iuratus et interrogatus dixit idem. Curialexis condam Camerarii iuratus et interrogatus dixit idem. addidit etiam quod ipse solvit quandoque dictam ceram quia fuit doanerius tempore Regis Guilielmi. Michael Citumelis iuratus et interrogatus dixit idem quod magister Rogerius. Sir Ademarius iuratus et interrogatus dixit idem quod prediximus. Pandolfus despote iuratus

et interrogatus dixit idem quod prediximus. Sir leucius Comestabolus iuratus et interrogatus dixit idem quod prediximus excepto quod non recordabatur de quantitate cere. Trasagustus frater eius iuratus et interrogatus dixit idem quod predictus Pandolfus. Terentius de otta iuratus et interrogatus dixit idem quod prediximus. Petrus Severinus iuratus et interrogatus dixit idem. addidit etiam quod ipse tradidit doaneriis tempore Regis Guilielmi quandoque dictam ceram. Quorum depositionibus et dictis dum legitime examinarentur. prestito prius ab eis sacramento. constitit legitime fore probatum quod tranensis ecclesia temporibus predicti dompni Regis Guilielmi et usque nunc consueverit percipere a doaneriis trani quamdam quantitatem cere videlicet duodecim degalitra de cera que sunt modo quadraginta et octo rotuli. et ut nulli possit de cetero in dubium revocari qualiter tranensis Ecclesia temporibus felicis dominii Regis Guilielmi et usque nunc consueverit percipere a doaneriis trani dictam quantitatem cere. Maxime cum predictis doaneriis nunc expediat et sit necessariam supradicta esse probata secundum quod in mandato predicti dompni petri castaldi superius continetur. et vita hominis sit fragilis. et subiaceat mortalitati. maxime cum omnes supradicti testes sint in etate decrepiti constituti. et cum iura et constitutio velint quod testes in tali articulo possint et debeant recipi. ad eternane rei memoriam habendam. ad petitionem dicti dompni Rogerii procuratoris. et doaneriorum predictorum quia intererat eorum michi notario Goffrido predictus iudex Samarus mandavit qui una cum eo ad[Page 238]

receptionem et examinationem testium interfui inde fieri publicum instrumentum. subscriptione eiusdem iudicis et predictorum testium roboratum. unde facta sunt plura consimilia scripta. istud ad habendum predicte ecclesie. Pro quibus memorie mandandis. Hoc Scriptum Scripsi Ego Goffridus imperialis trani notarius qui interfui.

\+ Samarus tranensium qui supra imperialis iudex.
\+ Simeon filius iohannis magistri milo testatur.
\+ Eustasius Pandolfi despote filius.
\+ Joannoccarus Smaracdides

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro
# all'anno 1266), documento n. 115



**CXV.**
**Anno 1242.**

Prelatorum discretionis et sollicitudinis est sic de Rectore providere Ecclesiis commissis aut cui committat regimen et temporaliter et spiritualiter sciat laudabiliter dispensare. Inde est. quod Ego Petracca miseratione divina humilis abbas Coloniensis monasterii providens Ecclesie sancte marie de muro que subiacet jurisdictioni monasterii. cui presum licet indignus de instituendo in ea Rectore. cum nuper sit viduata rectore. in civitate vigiliarum in eadem Ecclesia sancte marie de muro. In presentia Luponis Imperialis Iudicis. Presentibus Sire Araneo. Saraceno filio ipsius iudicis et iohanne russo consensu petri monachi et prioris Benedicti et honorati altorumque monacorum confratrum nostrorum astante mecum pro advocato Lucio filio Basilii. Angelum diaconum filium petri de Basilio ipsius civitatis vigiliarum ipsius ecclesie sancte marie Abbatem. vel Rectorem institui. Et per fuslim tradidi. et dedi ei domum. et viridiariolum. et puteum. que sunt iuxta ipsam Ecclesiam. et cimiterium ipsius Ecclesie. et vineas que sunt in loco Aliis bonis ipsi Ecclesie a fidelibus viris pro anima dimissis. tam ab eo. quam ab aliis clericis in ipsa Ecclesia servientibus habendis et possidendis. Quatinus a presenti

dum vixerit. nominatam Ecclesiam Lumineriis ornet et in ea divina officia celebret. et res ipsius Ecclesie colat. Ita tamen ut in unoquoque anno deferat in maiori ecclesia predicte civitatis vigiliarum In festivitate Beati Petri Apostoli debitum censum et consuetum. et de oblationibus que ipsi Ecclesie impenduntur tertiam partem tribuat ipsi monasterio. Et cum Ego cum monachis. Aut aliquis ex monachis ipsius monasterii ad ipsam Ecclesiam venerimus. nobis victum necessarium. sicut sibi paraverit. ministret. et ordeum pro una circatura. Ipso autem Abbate fati munus explente hec nostra institutio et traditio prorsus expiret. Ad huius autem Institutionis nostre et dationis firmitudinem presens scriptum per manus Bartholomei Imperialis Notarii predicte Civitatis Vigiliarum scribi mandavi mea et confratrum meorum et predictorum Indicis et testium subscriptionibus roboratum. Anno dominice Incarnationis millesimo ducentesimo quatragesimo secundo. Impera domini nostri Frederici dei gratia Gloriosissimi Romanorum Imperatoris semper Augusti anno vicesimosecundo. et Regni Sicilie anno quadragesimoquinto. Regni vero Ierhusalem anno decimo-septimo mense martio. die vicesimotertio eiusdem Indictionis quartedecime. Et ex hoc facta sunt duo similia scripta. hoc habendum a nominato monasterio.

Que Ego qui supra Bartholomeus Notarius qui presens fui in scriptis redegi

\+ Lupo Imperialis vigiliarum Iudex testatur

\+ Araneus Zitileonides. testatur

\+ Saracenus filius Luponis Imperialis Iudicis testatur

\+ Iohannes bartholomei notarii testatur.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro
all'anno 1266), documento n. 116

[Page 239]

**CXVI.**
**Anno 1244.**
Anno ab incarnatione domini nostri Ihesu xristi millesimo ducentesimo quadragesimo quarto. Imperii vero domini nostri Frederici Imperatoris anno vicesimoquarto. Regni vero Sicilie anno[Page 240]

quadragesimoseptimo. et Regni Ierhusalem anno decimonono. die vicesimoquinto ianuarii seconde indictionis. Nos Iohannes Rogadeo filius Iacobi Rogadeo et Stefanus Castaldus filios Marini Castaldi de Ravello cives Trani fatemur in presentia Gualterii trani Imperialis indicis. Sindolfi quondam iudicis. Guiglielmi filii Riccardi. Rogerii filii Petri de Trasagusto. et Guidonis filii predicti iudicis Sindolfi de trano. Leonis Rogadeo. Iohannis Ragelli. et Grandei Bovis filii Iacobi Bovis Ravellentium. testium ad hoc specialiter vocatorum. Dominum Iacobum venerabilem tranensem Archiepiscopum. pro comodo et utilitate tranensis ecclesie dedisse nobis ad pastinandum octuaginta vinealia de terra vel si plus et minus reperitur in ea que sunt in loco de Buzzeta et liceat nobis et nostris heredibus in iisdem vinealibus vineas plantare et ipsa vinealia de . . . . . colere et ea replere vitibus et sepibus et vallone circumdare. Ita ut a proximo mense oclobris usque ad unum annum sint pro medietate pastinata et bonis vitibus repleta fossibus et vallone circumdata et Uopsibus et spinis evulsis sint decenter culta omni cultura vineis necessaria. Nos autem pro coltura et cura antedictis in eisdem pastanis facienda et pro expensis a nobis faciendis eis . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

+ Gualterius trani Imperialis Iudex
+ Sindolfus quondam iudex
+ Guilielmus Riccardi
+ Rogerius Petri Trasagusto
+ Guido filius iudicis Sindolfi
+ Leo Ursi Rogadeo filius testis est
Iohannes Domini Ser Rayelli filius testis est.

(Questa carta non esiste più nell’Archivio. ma leggesi invece cosi come è stata da me riportata di sopra. nel 3.° volume dei[Page 241]

Zibaldoni di Vincenzo Manfredi. ove parla della famiglia Rogadeo. Egli asserisce, che questo documento apparteneva all’Archivio Cattedrale, e che trovavasi presso di lui al momento in cui scriveva. Sembra però, che non sia stato più restituito).

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro
1266), documento n. 117

**CXVII.**
**Anno 1249.**
Ex quo rex iustus prodiit de virgine xristus. Anno millesimo ducentesimo quadragesimo nono. Imperii domini nostri Frederici Gloriosissimi Romanorum Imperatoris. et semper augusti anno vicesimo nono. et regni Ierusalem anno vicesimo quarto. regni vero Sicilie anno quinquagesimo secundo. mense ianuario vicesimo sexto die eiusdem indictionis septime. Ego Bella filia Laurentii. et uxor quondam melis de Gaudino civitatis vigiliarum. ibidem in presentia Foce Imperialis vigiliarum iudicis. presentibus etiam Iohanne presbitero filio Bartholomei noiarii testibus. Astante et consentiente michi in omnibus hiis Iohanne filio et mundualdo meo. et cum notitia et consensu in cunctis hiis Alexii filii Batiste de maranco et alexii filii Iaquinti de nauclerio mangone. propincorum parentum meorum. licentia quoque eiusdem iudicis me legaliter inquirentis et absolventis in cunctis hiis. voluntarie per fustim tradens vendidi petro diacono filio cattari accipienti vice siri Sergii presbiteri filii de trano unam clusurellam meam olivarum que est in loco ubi vocatur pillile cum omnibus arboribus olivarum et termitum in eadem clausurella existentibus que arbores olivarum sunt numero tredecim. Et hiis finibus predicta clausurella et arbores denotantur. Ab oriente iuxta olivas episcopi. A meridie iuxta olivas episcopii vigilie. Ab occidente iuxta olivas Iudicis Silvestri filii siri Petracce. Ab septentrione iuxta clusuriam olivarum Iudicis diopoldi filii ursonis de . . . . . per quam meam vendictionem continuo accepi ab eo totum statutum ac definitum inter nos ipsius vendictionis pretium videlicet uncias auri duas et mediam ad generale pondus. Quatinus a presenti ipse et eius heredes

habeant et possideant predictam tueam vendictionem cum inferioribus et superioribus cum introitibus exitibus suis omnibusque infra se suoque ambitu contentis omnique alio suo iure faciatque inde ibique omne quod voluerit. unde voluntarie vadiam me ipsam et predictum iohannem filium meum fideiussores ei dedi ut omni tempore ego et mei heredes defendamus ei et eius heredibus predictam vendictionem et subscriptam antepositionem ab omnibus hominibus. Et ad maiorem securitatem et ipsius mee vendictionis defensionem voluntarie cum predicta sollempnitate anteposui ei et per eundem fustim tradidi unum clusum meum plenum vitium cum omnibus arboribus olivarum et amidalarum in eo stantibus et est in loco sancti mangonis. Ab oriente a medio pariete iuxta vineas predicti atexii filii Jaquinti de nauclerio mangone. A meridie extra parietem iuxta viam. Ab occidente a medio pariete iuxta clusum marini filii ambrosii nauclerii. Ab septentrione a medio pariete iuxta clusum petracce de Guccella quem tenet pro parte uxoris sue. hoc modo ut si aliquo in tempore ipse vel ejus heredes perdiderint predictam meam vendictionem vel partem eius seu aliquid pro ea. et ego et mei heredes ab ejus defensione ac ipsius dampni restauratione cessaverimus. Extunc si voluerint. liceatque eis de ea antepositione in duplum capere habere et possidere illud pro transactive cum omni suo iure faciantque in ea et de ea omne quod voluerint. quam per cartam comparationis. secundum quod perdiderint de predicta mea vendictione vel pro ea ad extimationem proborum hominum. et nos defendamus illam eis ab omnibus hominibus sicut superius obligati sumus defendere predictam vendictionem. in eorum tum sit electione utrum ipsam antepositionem ordine predicto abere aut nos ad predictam defensionem ac ipsius dampni restitutionem cogere et altero eorum priusquam eis satisfecerimus ad alterum obtineant aditum si voluerint. alioquim per stantiam et componamus illud eis dupliciter et demus eis omne expendium eorum in curia. preleva omnia nichilomimis observantes. Nos vero qui supra fidejussores tribuimus eis licentiam sine compellere pignerare nos

nostrosque heredes et omnes res nostras. pignora licita et inlicita a quocumque nostrum vel heredum nostrorum ea melius adimpleri voluerint ab uno in alterum trasmutandi et in eundem redeundi donec omnia eis predicta adimpleantur. Que Benedictus Imperialis vigiliarum notarius scripsit quia presens fuit.
+ Focas qui supra Imperialis vigiliarum Judex.
+ Ego Johannes.
+ Johannes Bartholomei notarii filius.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metropolitano della città di Trani (dal secolo IX fino all'anno 1266), documento n. 118



**CXVIII.**
**Anno 1252.**

INNOCENTIUS episcopus servus servorum dei. Venerabili fratri Iacobo Archiepiscopo Tranensi Salutem et apostolicam benedictionem. Efficax tue devotionis meretur affectus ut te favore apostolico prosequentes, petitiones tuas quantum cum deo possumus ad exauditionis gratiam admittamus. Tuis igitur devotis precibus inclinati, auctoritate tibi presentium indulgemus, ut nullus delegatus sedis apostolico vel legatorum ipsius, vel subdelegatus delegati sedis eiusdem, executor aut etiam Conservator a sede deputatus eadem, in personam tuam excommunicationis, suspentionis vel interdidi sententiam valeat promulgare, vel ingressum libi ecclesie interdicere, aut capellam tuam ecclesiastico supponere interdicto, absque sedis eiusdem speciali mandato plenam vel expressam faciente de hac indulgentia et ipsius continentia mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Perusii V Idus Iulii. Pontificatus nostri anno decimo.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro
# 1266), documento n. 119

[Page 243]

**CXIX.**
**Anno 1255.**
Manfredus divi Augusti Imperatoris Frederici filius. dei gratia Princeps Tarenti et honoris montis sancti Angeli dominus. Libenter[Page 244]

exequimur quod ad dei gloriam in cuius manu sunt corda Principum et ad utilitatem fidelium quam reputamus propriam geminato commodo procuratur. Per presens igitur scriptum notam facimus presentibus et futuris quod nos ad supplicationem hominum Trani domini Regis fidelium devotorum nostrorum eis concedimus et de speciali gratia indulgemus ut solletnpnes nundine que ibidem in festo Beati Nicolai Peregrini annis singulis consueverunt fieri in introitu mensis iunii per tres dies ante festum et per tres dies post. ab omni iure curie et quolibet plateatico sint immunes. Et quilibet tam cives quam exteri tam mercatores quam alii vendant ibidem et emant libere et sine aliqua plateatici exactione in sex diebus predictis. Mandamus itaque officialibus omnibus et quibuslibet aliis tam presentibus quam futuris et hoc edictali programmate firmiter inhibemus quod nullus aliquo tempore contra presentis ordinationis et frankicie nostre formam ausu temerario venire presumat. Quod qui fecerit indignationem Regiam et nostram se noverit incursurum. Ad huius autem concessionis et grafie nostre memoriam et robur perpetuo valiturum presens scriptum exinde fieri iussimus et sigillo nostro mandavimus communiri. Datum Lucerie per manus Gualterii de Ocra Regnorum Jerhusalem et Sicilie Cancellarii. Anno dominice Incarnationis millesimo ducentesimo Quinquagesimo quinto Mense ianuario Terciedecime Indictionis.

(Da cordicella di seta gialla e rossa pende il suggello di cera bianca in cui vedesi un guerriero tutto chiuso nelle sue armi e con scudo e lancia a cavallo di focoso corsiero).

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro
# 1266), documento n. 120

[Page 244]

**CXX.**
**Anno 1255-1242.**
Anno ab Incarnatione domini nostri Jheuxristi. millesimo ducentesimo. Quinquagesimo. sexto. Regnante DOMINO NOSTRO CONRADO secundo Jherusalem et sicilie magnifico Rego. Ac Duce[Page 245]

Suevie. Anno tertio. vicesimo die mensis decembris quartedecime indictionis. Nos Lupo de pavone Regalis Judex civitatis Trani. fateor quod dompnus Johannes mallinius el dompnus Nicolaus filius magistri pascalis. presbiteri maioris Tranensis Ecclesie. et magistri fraternitatis sancti Johannis Tranensis Archiepiscopatus venientes ad nos una cum Johanne publico Trani notario. et subscriptis testibus. Idem notarius ad eorum petitionem ostendit nobis notulas testamenti quondam dompni Johannis de Cannis. clerici eiusdem maioris Tranensis ecclesie scripti per manus eiusdem notarii. in quaterno suo autentico notularum. in quibus continebatur quomodo idem dompnus Johannes. dimisit pro anima sua predicte maiori Tranensi ecclesie. et nominate fraternitati Sancti Johannis. Quasdam res inferias declaratas. Et qum Judex Petrus qui eidem testamento interfuerat. antea cessit in fata. quia de rebus eidem maiori Tranensi ecclesie et fraternitati prefate dimissis. ad earum cautelam publicum fieret instrumentum. rogaverunt

nos. ut secundum formam Sacrarum Constitutionum et legum scripto
particulari de eodem testamento per manus eiusdem notarii de
predictis rebus fideliter scripto. ipsum loco defuncti Judicis subtestari
debeamus. Nos autem inspectis notulis ipsis una cum subscriptis
testibus qui eidem testamento interfuerunt. cum quibus
ipsorum testium memoria concordabat. et ab eisdem lestibs iurata
testificatione recepta. et quia dictus notarius erat integre fame. et
probate opinionis. petitionem eorum utpote iustam admisimus. et
presens particulare scriptum ab eodem testamento. in meam presentiam
per manus ipsius notarii fideliter scriptum loco predicti
iudicis ut iuris et moris est subscriptione propria roboravimus.
Cuius particularis scripti continentia talis est. Anno ab incarnatione
domini nostri Jhesuxristi. millesimo. ducentesimo quadragesimo.
secundo. Imperii vero domini nostri FREDERICI. magnifici
Romanorum Imperatoris. et semper Augusti. anno vicesimo secundo.
regni vero Sicilie. anno quadragesimo quinto. et Regni
Jerhusalem anno septimodecimo. decimo die mensis martii quintedecime
indictionis. Ego dompnus Johannes Clericus maioris Tranensis[Page 246]

Ecclesie. dictus de Cannis. Jacens infirmus longo et gravi
vitio lapidis diutius fatigatus. et propter humanam fragilitatem mortis
cogitatione turbatus. quia potius fatalem diem vereor. quam
spero me ulterius vivere sanitati pristine restitutus. ne intestatus
exhimar ab hac luce metuens. saniori usus consilio. utile michi
visum est et salubre res meas presenti ordinatione disponere. nunc
cum michi sensus est integer. rectaque memoria et vere loquacitatis
facundia perseverant. ut me hac infirmitate qua opprimor
obeunte cedant fortune casus. qui res intestati deficientis plerumque
laniant et servetur testatoris voluntas. Presentibus igitur Petro
Imperiali iudice Trani. Petro filio umfredi militis. Johanne filio
Sindolfi. et Thomasio filio Trasagusti. testibus ad hoc specialiter
convocatis. voluntarie easdem res meas disponens. Quoniam
heredis institutio caput et fundamentum est testamenti. Andream
de Guasto nepotem meum civitatis Cannarum. et Robbertum consobrinum
meum de Tarento. omnium rerum mearum heredes michi
instituo. Et inter cetera eidem testamento mee dispositionis inserta.
dimitto pro anima mea. Guillelmo clerico filio umfredi mi-
litis. usumfructum unius petie vinearum. continentes in se ordines
quadragenales quinquagintaquinque. que petia est incluso sancti
petri. extra sepem iuxta carrariam. post cuius Guillelmi obitum.
volo quod ipsa petia vinearum. tam cum proprietate quam
usufructu. redeat ad supradictam maiorem ecclesiam. dimitto et
eidem Guillelmo usumfructum omnium arborum olivarum mearum.
existentium in loco sancti Angeli de arenula. quas arbores olivarum
volo quod post mortem ipsius Guillelmi deveniant ad fraternitatem
sancti iobannis. Cui fraternitati dimitto. pro anima mea.
quadraginta uncias auri. Item dimitto. pro anima mea. drage
liberte mee uxori boniiohannis laboratoris. usumfructum unius
case mee. existentis intus in civitate trane iuxta domum Bartholomei
de Anestasio. post cuius drage obitum eadem casa volo
quod deveniat ad prefatam fraternitatem sancti iobannis. predicta
vero petia vinearum est a medio limite. iuxta vineas siri Eustasii
militis de Saffiro. et a medio limite iusta vineas dompne iaquinte[Page 247]

terram. et arbores olivarum. filiorum Sindolfi. Leucii comestabuli.
et iuxta eandem ecclesiam Sancti Angeli de arenula. Et predicta
casa est. extra parietem iuxta domum predicti Bartolomei de Anestasio.
et extra parietem iuxta curtem comunem. unde tam ad prodicte
maioris Tranensis Ecclesie quam nominate fraternitatis cautelam.
presens particulare Scriptum ab eodem testamento fideliter
sumptum eis fieri est permissum. cum quo possint predicta legata.
cum opus eis fuerit exigere. probare. et in suum dominium
retinere. Que scripsit Iohannes Imperialis Trani notarius qui interfuit.
+ Lupo de pavone Regalis Trani Judex
+ Ego iohannes filius Sindolfi
+ Tomasius filius Trasagusti.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro
# documento n. 121

---

[Page 247]

**CXXI.**
**Anno 1259.**
Anno ab incarnatione domini nostri Jhesu Xristi millesimo ducentesimo quinquagesimo nono. Regnante dompno nostro Manfredo dei gratia Excellentissimo rege sicilie. anno primo. decimo die mensis madii secunde indictionis. Ego Lupo de pavone regalis Judex Civitatis trani. fateor me recepisse lileras ab Egregio viro dompno Nicolao freccia Regio magistro procuratore. et magistro portulano apulie in hac forma. Prudenti viro Judici Luponi de trano etc. Nicolaus freccia etc. Pro parte dompni Jacobi venerabilis tranensis Archiepiscopi presentata et obstensa fuerunt nobis subscripta duo sacra mandata Regia patentia. quorum primi continentia talis est. Manfredus dei gratia Rex Sicilie. magistris procuratoribus curie in apulia tam presentibus salutem quam futuris. fidelibus suis. etc. Supplicavit maiestati nostre venerabilis tranensis archiepiscopus fidelis noster ut decimas proventus dohanaruni trani. et Baroli. et bucceriarum census. et domorum. et[Page 248]

decimas vinearum Baroli. prout consueverunt ipsas percipere et habere prelati tranenses. et Ecclesie antecessores sui. tempore felicium Regum predecessorum nostrorum. et usque ad obitum dive memorie dompni patris nostri. exhiberi sibi mandare de gratia dignaremur. cuius supplicationibus inclinati fidelitati vestre precipimus. quatenus predictas decimas consuetas et debitas pro ut eas consueverunt percipere predecessores ipsius temporibus felicium Regum progenitorum nostrorum usque ad obitum dompni patris nostri. eidem archiepiscopo sine difficultatis et dilationis obstaculo integre persolvatis. nullam aliud mandatum speciale sine hoc expectantes. vel etiam requirentes. recepturi exinde ad cautelam vestram ydoneam apodixam. et quidem notata causa presens mandatum nostrum efficaciter exequi studeatis. datum versentini secundo novembris secunde indictionis. Itera alterius mandati continentia talis est. Manfredus dei gratia Rex Sicilie. magistris procuratoribus presentibus salutem et futuris. etc. Cum Jacobus venerabilis tranensis archiepiscopus rationalis curie nostre. citra portam Roseti dilectus et fidelis noster. maiestati nostre humiliter supplicavit. ut degalitra duodecim de cera quam ipse et predecessores sui consueverunt percipere et habere annis singulis. de proventibus dohane trani. temporibus quondam dompni patris nostri. et usque ad eius obitum exiberi benignius mandaremus. Nos qui iura Ecclesiarum proponimus servare inlesa ipsius supplicationibus benignius annuentes fidelitati vestre precipiendo mandamus. Quatenus predictam quantitatem cere pro cereo pascali. eidem archiepiscopo vel nuncio suo . . . . . . . . . de proventibus dohane trani que sunt et erunt per manus vestras annis singulis sicut sibi et predecessoribus suis exhiberi consuevit temporibus predicti dompni patris nostri et usque ad eius obitum sine difficultatis qualitate exhibere curetis. nullum aliud inde mandatum a nostra celsitudine expectantes. recepturi de biis que dederitis ad vestram cautelam ydoneam apodixam. datum orte ultimo februari secunde indictionis. Cum igitur pro parte eiusdem dompni archiepiscopi de inquisitione facta dudum de consuetudine predicta circa[Page 249]

solutionem decime proventus dohane trani. necnon et duarum unciarum auri pro iure veteri bucciarie eiusdem terre. tempore dompni imperatoris frederici memorie recolende. usque ad annum quinte indictionis proxime preterite. ostensum fuit nobis publicum instrumentum. ac expediat fieri similem inquisitionem. si de modo inantea usque ad obitum dicti dompni Imperatoris prefatus dompnus archi episcopus consueverit decimam et . . . . . . . ipsam ac cere quantitatem predictam continuato tempore annis singulis percipere et habere. nec ad hoc possimus personaliter intendere. aliis Curie servitiis occupati. discretioni vestre committimus ex Regia parte mandantes. quatenus inquisitionem diligentissimam faciatis in trano si prefatus dompnus tranensis archiepiscopus decimam predictam proventus dohane trani et predictam quantitatem cere de

proventibus eiusdem dobane ac duarum unciarum auri pro veteri
iure buccerie trani a predicto anno quinte indictionis inantea usque
ad obitum dicti dompni imperatoris continuato tempore annis singulis
consueverit percipere et habere. facientes fieri de inquisitione
ipsa duo publica consimilia instrumenta in quibus forma presentium
cum nominibus et dictis testium contineantur particularitates
et discantur. quorum unum penes eundem dompnum archiepiscopum
dimittatis et alterum nostram ad cautelam curie destinetis. datum
trani octavo madii secunde indictionis. Auctoritate quarum
litterarum arcessito michi Russone publico tranensium notario inquisitionem
diligentissimam fecimus in trano. per ydeneos et fideles
viros. quorum nomina et dicta continentur inferius particulariter
et distincte. si prefatus dompnus tranensis archiepiscopus decimam
proventus dohane trani. et degalitra duodecim de cera. de
proventibus ipsius dobane. pro cereo pascali. et duas uncias auri
pro iure veteri bucciarie trani. a predicto anno quinte indictionis.
inantea usque ad obitum dicti dompni imperatoris. continuato tempore
annis singulis consueverit percipere et habere. Quorum testium
nomina et dicta sunt hec. dompnus matheus primicerius. et
rector ecclesie sancti antonii iuratus et interrogatus. super predictis.
dixit se scire quod predictus dompnus archiepiscopus ab[Page 250]

anno predicte quinte indictionis inantea usque ad obitum predicti
dompni imperatoris continuato tempore annis singulis consuevit
percipere et habere decimam proventus dohane trani. et degalatra
duodecim de cera pro cereo pascali de proventu ipsius dohane
et duas uncias auri pro veteri iure buczarie eiusdem terre.
Interrogatus qualiter sciret dixit. quod ipse testis in anno none indictionis
proxime preterite. quando predictus dompnus imperator
decessit. stetit in dohana trani. pro parte eiusdem dompni archiepiscopi.
cum dohaneriis trani eiusdem anni. et percepit ab eisdem
dohaneriis de mandato curie. decimam proventus ipsius dohane.
et degalatra duodecim de cera pro cereo pascali. de proventu ipsius
dohane et duas uncias auri pro veteri iure buccerie tranensis.
Interrogatus dixit quod antea scilicet ab anno predicte quinte indictionis
usque ad predictum annum none indictionis. dompnus Rogerius
de cusentia pro parte ipsius dompni archiepiscopi continuato
tempore annis singulis. percepit a dohaneriis trani. secundum processum
temporis de mandato curie predictam decimam et quantitatem
cere pro cereo pascali. et duas uncias auri pro veteri iure
buccierie trani de proventibus ipsius dohane. Interrogatus qualiter
sciret dixit quia vidit et interfuit. dompnus Rogerius de Cusentia
iuratus et interrogatus dixit quod ipse ab anno predicte quinte
indictionis et antea per plures annos usque ad annum predicte
none indictionis quando prefatus dompnus imperator decessit. continuato
tempore annis singulis. percepit pro parte predicti dompni
Archiepiscopi a dohaneriis trani secundum processum temporis
de mandato curie. decimam proventuum dohane trani. et degalatra
duodecim de cera pro cereo pascali de proventibus ipsius
dohane. et duas uncias auri pro veteri iure bucciarie eiusdem
terre. dompnus Maraldus presbiter tranensis maioris ecclesie iuratus
et interrogatus dixit se scire quod in anno predicte none indictionis.
quando predictus dompnus imperator decessit. dompnus Matheus
primicerius pro parte predicti dompni Archiepiscopi percepit a
dohaneriis trani ipsius anni de mandato Curie. decimam proventuum
ipsius dohane. et degalatra duodecim de cera pro cereo pascali[Page 251]

de proventibus ipsius dohane. et duas uncias auri pro veteri
iure buccerie eiusdem terre. et antea scilicet ab anno predicte
quinte indictionis usque ad predictum annum none indictionis.
continuato tempore annis singulis. dompnus Rogerius de Cusentia.
pro parte ipsius dompni Archiepiscopi percepit decimam
ipsam. et predictam quantitatem cere. pro cereo pascali. et duas
uncias auri pro veteri iure buzzarie eiusdem terre. Interrogatus
qualiter sciret dixit quod vidit et interfuit. Judex Samarus Juratus
et interrogatus de predictis dixit itera quod predictus dompnus
Maraldus. Notarius Johannes de Palma Juratus et interrogatus de
predictis dixit quod in anno predicte none indictionis. ipse habuit
societatem in dohana trani. cum nicolao petri otte. radice Leucio.
ursone de Sindolfo. qui fuerunt dohanerii trani eiusdem anni. et
cum quibusdam aliis vidit dompnum Matheum primicerium sedere
in eadem dohana pro parte predicti domini Archiepiscopi. et percipere
a dohaneriis ipsis de mandato curie. decimam proventus
ipsius dobane. et degalatra duodecim de cera pro cereo pascali de
proventibus ipsius dohane. et duas uncias auri pro veteri iure

buccerie eiusdem terre. Milo de milone Juratus et interrogatus
de predictis dixit idem quod notarius Johannes. Urso de sindolfo
Juratus et interrogatus de predictis dixit idem ut proximus. Falco
de iudice demetrio Juratus et interrogatus de predictis. dixit idem
ut proximus. et addit quia fuit dohanerius trani in anno none indictionis.
ante obitum prefati domini Imperatoris. cum quibusdam
aliis. et dederunt de mandato curie dompno Rogerio de Cusentia
pro parte predicti dompni Archiepiscopi predictam decimam et
eandem quantitatem cere pro cereo pascali. et duas uncias auri
pro veteri iure buccerie eiusdem terre. Brunus de Sire Nicolao
Juratus et interrogatus de predictis dixit de anno predicte none
indictionis idem ut predictus falco. Nicolaus capra Juratus et Interrogatus
de predictis dixit idem ut prenominatus dompnus Maraldus.
et addidit quod cum ipse predicto tempore domini Imperatoris
esset statutus super statera in fundico trani pluries infra
predictum tempus de mandato dohaneriorum trani ponderavit predictam

quantitatem cere pro cereo. que dabatur a dohaneriis ipsis
procuratoribus predicti dompni Archiepiscopi. Consilius de Consilio
Juratus et interrogatus dixit idem quod nicolaus capra. Johannes
grassus Juratus et Interrogatus dixit idem ut predictus Nicolaus
capra excepto quod non erat statutus super statera et quod
non ponderavit predictam ceram. Jucundus pisavinus Juratus et
Interrogatus dixit idem ut proximus. Andreas de sire Guidone
Juratus et interrogatus de predictis dixit quod infra predictum tempus
per duos vel tres annos. ut credit. ante obitum dicti Imperatoris
fuit fundicarius trani et quia omnibus oris erat simul cum
dohaneriis trani. vidit dompnum Rogerium de Cusentia percipere
pro parte predicti dompni Archiepiscopi continuato tempore in
predidis tribus annis quolibet anno ab eisdem dohaneriis predictam
decimam et eandem quantitatem cere pro cereo pascali de
proventu ipsius dohane et duas uncias auri pro veteri iure buccerie
trani. de qua inquisitione fieri feci duo publica consimilia
instrumenta per manum predicti Russonis publici trani notarii.
quorum unum penes predictam dominum Archiepiscopum dimictendum
et alterum eidem domino Nicolao ad cautelam curie destinandum.
Sigillo et subscriptione mea munita. Que scripsit Russo
publicus trani notarius qui predictis interfuit.
+ Lupo de pavone Regalis trani iudex.

(Accanto alla firma del giudice Lupone, vi è il suggello in cera.
mirabilmente conservato. In esso vedesi un lupo passante. e nella
parte superiore una testa di pavone; in giro poi leggesi — Judicis
Luponis de trano.)

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro
# 1266), documento n. 122

[Page 252]

**CXXII.**
**Anno 1260.**
Jacobus miseratione divina Tranensis Ecclesie minister humilis
dilectis in xristo filiis. Capitularibus Tranensis Ecclesie sincero salutari
Salutem. Pastoralis officii est pias preces subditorum admictere.[Page 253]

eorum precipue qui die noctuque devote ac reverenter
divinis obsequiis obsecundant. Hinc est quod cum tum ex predecessorum
nostrorum dompni BERTRANDI dompni BARTOLOMEI
dompni SAMARI venerabilium Tranensis Ecclesie ministrorum. et
antecessorum eorum privilegiis de quibus nobis et quampluribus
aliis fidedignis constitit plena fide. tum ex antiqua consuetudine
maioris Tranensis Ecclesie quam in ecclesia ipsa invenimus similiter
fide viderimus oculata. quod id quod continebatur in eis ne
dum in obtentam consuetudinem conversum dici poterat. ipsi ecclesie
verumtamen quodammodo in naturam. tum etiam ex devotione
vestra qui ipsi ecclesie et nobis. tam in spiritualibus quam
in temporalibus devotissime deservitis obsequiis fuerimus provocati.
ad petitionem vestram omnes antiquas consuetudines ab eisdem
prelalis superius nominatis et eorum antecessoribus. vobis
indultas et specialiter eas quas sigillatim inferius duximus exprimendas
cum ut dictum est. ex predecessorum nostrorum privilegiis.
de ipsis fide nobis constiterit oculata presenti privilegio deo
propitio in perpetuum valituro concedendas duximus et etiam confirmandas.
videlicet ut Capitulum ipsius ecclesie tam vos videlicet
quam et successores vestri in perpetuum quartam partem decime
iurium antiquorum. dohane trani absque nostra nostrorumque successorum
contradictione percipiatis et habeatis et nomine vestro
de predicta quarta parte decime apodixam. ut et nos de tribus
partibus dicte decime. vestro nomine per vestrum procuratorem
sindicum seu yconomum faciatis. Concedimus etiam et
confirmamus vobis et successoribus vestris in perpetuum id quod
in privilegiis predictorum antecessorum nostrorum vidimus contineri
et ex antiquissima consuetudine in ipsa ecclesia est obtentum.
videlicet ut unus presbiter. unus diaconus. unus subdiaconus.
et unus alius clericus minoris ordinis. qui diebus singulis exceptis
pasqualibus. dominicis. et diebus festivitatum sollempnium in maiori
altari tranensis ecclesie divina officia celebrant. de mensa nostra
victum habere nostrorumque successorum debeant infrascriptum.
videlicet presbiter unus panes sex urceum unum de vino et granum[Page 254]

unum auri pro companagio. similiter diaconus et subdiaconus
et dictus unus clericus minoris ordinis. singulis diebus unusqisque
eorum ut dictum est. in diebus vero pasqualibus. dominicis.
apostolorum. et festivitatum sollempnium quando nos celebramus
divina. in maiori chori tranensis Ecclesie ut dictum est. archidiaconus.
archipresbiter. primicerii. quatuor subarcicori. duo diaconi.
quatuor subdiaconi. presbiter unus qui tenet ante nos baculum
pastorale. sacrista qui pro tempore fuerit nec non et clerici
sex minorum ordinum quorum quatuor in candelabris et duo in
turibulis serviunt. in mensa nostra et successorum nostrorum debeant
manducare. in aliis vero diebus dominicis. apostolorum. et
festivitatum sollempnium quando nos seu successores nostri non
celebramus divina presbiter unus. diaconus unus. subdiaconi duo.
clerici minorum ordinum tres quorum duo in candelabris et reliquus
in turibulis deserviunt in altari. de mensa nostra seu successorum
nostrorum ut dictum est victum et granum auri unum unusquisque
eorum habere debeat superius declaratum. et nos seu successores
nostri predictis omnibus clericis superius declaratis exhibere
predicta de nostra camera integraliter teneamur. Concedimus etiam
et confirmamus vobis et successoribus vestris in perpetuum id
quod in privilegiis eorundem antecessorum nostrorum vidimus contineri
videlicet ut in sacro festo Gloriose semper virginis dei Genitricis
marie cuius vocabulo nostra maior ecclesia gloriatur in
festo assumptionis eius videlicet quod est in mense augusti. in festivitatibus
etiam Gloriosorum confessorum xristi. Leucii et Nicolai

peregrini patronorum nostrorum quorum in maiori Tranensi Ecclesia corpora requiescunt. vos omnes nobiscum et in nostra mensa sollempniter comedatis. similiter et in die consecrationis nostre et successorum nostrorum teneamur annis singulis in mensa nostra sollempniter invitare. Que omnia etiam si nos presentes aliter esse. ex quacumque causa in maiori Tranensi Ecclesia non contingat. ab hiis quibus vices nostras in Trano gerendas mandavimus seu per successores nostros quos pro temporibus ordinari continget teneamur facere. quod inviolabiliter observetur pro eo[Page 255]

quod etiam antique consuetudinis ipsius Ecclesie predicta omnia sunt et ea in privilegiis predictorum antecessorum nostrorum aperte vidimus contineri. subgerentes etiam causa paupertatis vestre cuius stimulis ut bonus pater acriter stimulamur concedimus et confirmamus vobis quod beneficia clericorum tranensis Ecclesie. ad cameram nostram nostrorumque successorum spectantia. quorum collatio ad nos seu successores nostros immediate dinoscitur spectare illa etiam beneficia que ad ius patronatus seu ad repesentationem aliquorum in eis ius patronatus habentium. presentatis ab eis conferre tenemur vobis et successoribus vestris quos in choro eiusdem Ecclesie Canonice assumi continget qui tamem de Trano tantum et non aliunde fuerint oriundi. nos et successores nostri ipsa conferre beneficia teneamur nullis aliis ab hiis qui in beneficiis ipsis ius patronatus habere se dicent probationibus exquirendis nisi quod ii pacifica quasi in possessione fuerint iuris presentationis eorum. Ad huius autem rei memoriam et robur perpetuo valiturum presens privilegium. concessionis et confirmationis nostre scribi per manus Michaelis publici trani notarii ad cautelam vestram et successorum vestrorum mandavimus. sigillo et subscriptione nostra subscriptorum iudicum ibi ad omnia predicta presentium. nec non et testium subscriptorum subscriptione roboratum. Anno ab incarnatione domini nostri Jhesu xristi Millesimo. ducentesimo. sexagesimo primo. Mensis octubrii indictionis quarte. Pontificatus vero nostri. anno trigesimosecundo.
Que Scripsit Michael Trani puplicus notarius quia interfuit.
+ Jacopus miseratione divina humilis tranensis minister S. S.
+ Regalis tranentium iudex demetrius
+ Petrus Scaranus Regius Trani Judex
+ Ego Judex Johannes
+ docibilis protospadari filius.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metropolitano della città di Trani (dal secolo IX fino all'anno 1266), documento n. 123

---

[Page 256]

**CXXIII.**
In Xristi nomine Ego frater petracca promitto stabilitatem meam in hac congregatione S. iohannis baptiste et conversationem annorum meorum et obedientiam coram deo et sanctis eius secundum regulam sancti benedicti presente domina scolastica abbatissa auxiliante beata dei genitrice maria et beato benedicto et omnibus sanctis quorum reliquie hic continentur ut eorum precibus remissionem omnium peccatorum et eternam beatitudinem tribuere dignetur mihi dominus.

(Questo documento è certamente del secolo XI. come appare dalla forma dei caratteri).

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro
# 1266), documento n. 124



**CXXIV.**
Reverendo in xristo patri et domino. dei gratia venerabili Tranensi archiepiscopo. Frater G. eadem gratia sancte domus hospitalis ierhusalem magister humilis et xristi pauperum servus salutem et populo dei tam verbo proficere quam exemplo. Quos pastorali dignitate divina sublimavit providentia. pro orientali semper debent ecclesia laborare. et more predecessorum suorum tribulationibus et angustiis quas crebro patitur sollicite vigilare. Cum igitur terra sancta quam dominus pro nostra salute proprio dignatus est sanguino rubricare. paganorum spurcitiis diu

sit inquinata. omni penitus auxilio destituta. ad vos qui eius miserie et calamitati tamquam pius pater debetis compati. ut vestris auxiliis ab eorum immundicia liberetur. de die in diem non cessat proclamare. Nos itaque et fratres nostri religioni miliciam commiscentes in eius defensione continuo labore insudamus. inimicis crucis xristi resistendo nostrum sanguinem effundere non recusamus. nec in ipsa defendenda expensas numquam fecimus ampliores nec de diversis regionibus elemosinas recepimus pauciores. Inde est quod nos tot et tantis miseriis afflicti. ad pedes paternitatis vestre confugimus supplicantes quatinus nobis viscera misericordie aperiatis. plebem vobis subditam moneatis et moneri faciatis. ut in remissionem peccatorum suorum beneficia sua quibus residuum huius terre sustentetur. nobis largiantur. Et quia inimicis sancte matris ecclesie sine vestro auxilio resistere non valemus. fratres nostros cum elemosinis dominorum nostrorum pauperum recommendatos habeatis.

(A mio credere, questo documento è della seconda metà del secolo XII a volerne giudicare dalla forma dei caratteri).

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro
# documento n. 125



**CXXV.**
Alexander episcopus servus servorum dei Dilectis filiis Infirmis de Barulo salutem et apostolicam benedictionem. Eos quos manus domini graviter visitavit et suo occulto iudicio et flagello afflixit oculo debemus benigniore respicere et eorum miseriis et calamitatibus pietatis studio subvenire ut accepte consolationis subsidium se gaudeant invenisse cum apostolica se noverint protectione munitos. Ea propter dilecti in domino filii angustiis et afflictionibus vestris fraterno affectu compatientes vos et ecclesiam vestram cum omnibus que in presentiarum legitime possidetis aut in futurum iustis modis prestante domino poteritis adipisci Sub beati petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti patrocinio communimus.

Statuentes ut nulli omnino hominum liceat vobis vel ecclesie vestre nova et indebita gravamina imponere vel vos et bona vestra temere perturbare seu hanc paginam nostre protectionis et confirmationis infringere vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum petri et pauli apostolorum eius se noverit incursurum.
Data anagnie IIII Kal. ianuarii.

(Vi è il suggello di piombo di Alessandro III).

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metro
# 1266), documento n. 126



**CXXVI.**
Bertrandus dei gratia tranensis archiepiscopatus humilis minister dilecto in xristo filio suo Goffrido militi barolitanorum nobili civi. suisque descendentibus in perpetuum. Justis filiorum postulationibus facilem prebere assensum. et fraterne debito karitatis. et ex iniuncto nobis a deo pontificatus officio commonemur. ut quanto maiorem apud nos gratiam se cognoverint invenisse. tanto et in devotionis sue proposito ferventius inardescant. et ad ipsius executionem sollicitudinis et perfectionis manum adhibeant. Eapropter dilecte in xristo fili. G. tuis iustis postulationibus benigno concurrentes assensu. Nichilominus devotionem tuam quam circa tranensem ecclesiam cui auctore domino presidemus. et nostram personam geritis ad animum revocantes. ecclesiam quam ad honorem dei et memoriam beati Georgii xristi martyris construere incepistis. sub tranensis ecclesie et nostra successorumque nostrorum protectione suscipimus. et consensu Samari nostri arcidiaconi. Petracce archipresbiteri aliorumque fratrum nostrorum inferius dicende libertatis titulo communimus et decoramus. Statuimus itaque in primis ut prefata ecclesia sub beati Georgii xristi martiris vocabulo hedificari incepta ab omni exactione. et prestatione tertie partis vivorum et quarte mortuorum futuris temporibus perpetuo

auctoritate et concessione nostra libera sit et penitus absoluta. Concedimus etiam in ecclesia baptisterium. in quo accedentes pueri in domino regenerentur. Cimiterium quoque ad sepulturam omnium qui eam ibi elegerint. vel eorum quos sacerdotes in eadem ecclesia deservientes admittere voluerint. Ad predicta quoque adiicimus. ut quascumque possessiones. quorumque bona oblatione tua vel quorumlibet fidedium eandem ecclesiam habere contigerit. semper in eadem ecclesia firma. integra. atque illibata permaneant. nec liceat alicui ecclesiastice vel seculari persone ea exinde tollere minuere. vel aliqua alienationis adinventione a iure et dominio predicte ecclesie alienare. sed semper sine diminutione qualibet illorum utilitatibus proficiat quorum sunt usibus deputata. Clericos quoque qui in eadem ecclesia divinis officiis deservierint nec nobis. nec nostris successoribus liceat indebitis. et novis exactionibus molestare. aut aliquod eis de novo gravamen imponere. Ad huius autem nostre concessionis memoriam. et perpetuam firmitatem. sepedicta ecclesia in festivitate Sancti Georgii singulis annis nomine census melechinum unum aureum nobis et nostris successoribus persolvat. Cuius concessionis seriem scribere mandavimus Maiorano clerico nostro et nostro plumbeo typari bullari
(S) + Ego Samarus trani humilis archidiaconus
+ Ego pelracca archipresbitcr interfui.

# Le carte che si conservano nell'Archivio del capitolo metropolitano della città di Trani (dal secolo IX fino all'anno 1266), documento n. 127



**CXXVII.**
Fredericus Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus
Ierusalem et sicilie Rex. Magistris Camerariis Apulie. et Baiulis
Baroli tam presentibus quam futuris fidelibus suis gratiam suam
et bonam voluntatem. Cum velimus ut tres partes decimarum Quas
do proventibus duane nostre Baroli Tranensis Archiepiscopus. et
quartam partem earundem Archipresbiter et Clerici ecclesie Baroli
habere debeat. Et Tempore quondam felicis memorie Regis Wuillelmi
consoprini nostri et post eius obitum usque nunc percipere consueverunt.
Iacobo venerabili Tranensi Archiepiscopo Archipresbitero
et Clericis dicte ecclesie Baroli fidelibus nostris cum integritate solvantur.
fidelitati vostre firmiter et districte precipiendo mandamus.
Quatinus ipsas Tres partes decimarum et quartam predictam quas
de proventibus ipsius duane nostre dictus Archiepiscopus Archipresbiter
et Clerici Baroli Tempore dicti Regis et post ipsius obitum
usque nunc consueverunt percipere et habere. eisdem sine
aliqua difficultate singulis annis integre solvatis decetero et faciatis
exolvi. ut nullam propter hoc habeant materiam conquerendi.
Datum fogie ultimo martii octave indictionis. Quas Imperiales literas
exemplavi Ego Ionathas Imperialis notarius Baroli die lune
secundo mensis aprilis predicte octave Indictionis. Ad petitionem
Archipresbiteri et Clericorum Baroli. de mandato Angeli. et Angeli
bonelli Imperialium Iudicum Baroli. Qui predictas Imperiales
literas sigillo Imperiali impressas una mecum Viderunt et
legerunt.
+ Angelus baroli Imperialis Iudex?+ Guillelmus Baroli dictus Iudex
+ Angelus bonellus qui supra Imperialis baroli Iudex
+ Iohannes de Marra Iozzi filius.